# CHRISTOPHORI SAXII
## ONOMASTICON LITERARIVM,
five
# NOMENCLATOR
## HISTORICO-CRITICVS,
PRAESTANTISSIMORVM OMNIS AETATIS, POPVLI, ARTIVMQ. FORMVLAE SCRIPTORVM,

item

MONVMENTORVM *maxime* ILLVSTRIVM,

AB ORBE CONDITO

*vſque*

AD SAECVLI, *quod vivimus*, TEMPORA

DIGESTVS,

ET

VERISIMILIBVS, QVANTVM FIERI POTVIT,

ANNORUM NOTIS

ACCOMMODATVS.

---

PARS SEPTIMA, & VLTIMA,
cum INDICE omnibus Partibus communi.

---

*TRAIECTI AD RHENVM.*

Apud G. T. à PADDENBURG. & Filium, ABRAH. à PADDENBURG, B. WILD, & J. ALTHEER, JOH. VAN SCHOONHOVEN, Viduam, Bibliopolas.

MDCCXC.

# ONOMASTICI LITERARII
## PARS SEPTIMA et ULTIMA,

FONTIVM vel INSTAVRATORES, vel INTERPRETES,

hoc eſt,

PRIMARIOS OMNIS ARTIVM et DOCTRINARVM FORMVLAE

SCRIPTORES RECENTISSIMOS,

inde a

SAECULI huius DVODEVICESIMI Anno XXXXmo,

vsque ad

EIVSDEM SAECVLI Annum LXXIVmum,

COMMEMORATOS EXHIBENS,

Suisque ſingulos Annis, quibus vel primum, vel maxime, claruiſſe videntur,

ALLIGANS,

vna cum

APPENDICVLIS duarum PARTIUM V. & VI.

item:

ANALECTIS PARTIS huius SEPTIMAE,

et

INDICE Omnibus Partibus COMMUNI.

# LECTORI

*Erudito et Benivolo*

S. D.

## CHRISTO. SAXIUS.

Tot annorum curriculis, quibus literariae ciuitatis maiorum minorumque gentium Senatores verisimiliter, vt reor, definitos esse memini, nunc demum peragratis & confectis, liceat mihi te, Lector humanissime, paucis ante verbis compellare, qnam ad residuam novissimae huius Partis cognitionem dimittaris. Et primum quidem, quam rationem, quodue consilium in edendis & ordinandis cuiuscunque ante & post Christi natales Saeculi ingeniorum nominibus tenuerim, saltem tenere voluerim, satis a me expositum esse arbitror tum, cum Parti primae, & tertiae praefarer, a qua praescripta mihi lege si in recentioribus fontium primariorum & secundariorum vel instauratoribus, vel interpretibus, quantum eius fieri poterat, non recessi, quid est, quod mihi vitio verti, aut in partium studii invidiam rapi possit? Equidem sententiae & legis illius, quod supra obieram, (*a*) vadimonium minime deferendum esse putavi, cuius auctoritate *doctis* pariter atque *eruditis* hominibus antiquiorem locum cedere tenentur, quotquot formulariae duntaxat Academicorum ordinum doctrinae, tamquam Deae, posthabito literarum Graecarum Latinarumque contubernio,

(*a*) Praefat. Part. I. p. XIX. XX.

pio, litarunt, etiamsi maximis eminerent honoribus, frequentissimoque theatro, & incredibili plausu comprobarentur viui. Non incommode saltem *Burmannus*, (*b*) *Solae sunt*, inquit, *interiores literae, quae immortali et aeternae laudi nomina doctorum virorum consecrare possunt. Ferantur, dum viuunt, faustis populi adclamationibus in coelum, floreant gratia regum, & principum, ingentes pecuniae & opum acervos ex quaestuariis artibus adgerant reliquarum disciplinarum antistites, omnes ignoti eruditae posteritati, longa & tenebrosa nocte prementur, nisi a suis aliquando in nostra castra transfugerint, & tetricas & indotatas suas artes. . . politioris humanitatis suavitate ornare et condire condiscant.* Proinde nulli vel Medico, vel Philosopho, vel ICto, vel Theologo iniuria fit, si quis existimet, posterorum saepe parum interesse, scire, quam subtilis suorum quisq. doctrinae locorum auctor, vel *terminorum technicorum*, tamquam pinnarum in aggerum loricis, architectus fuerit, sed quam bene duas res, minime dissolubiles, *rationem*, & *linguam*, *doctrinas*ue, & *artes*, ingenio & scriptis copulaverit. Mirum propterea nemini videbitur, cur hac quoque nouissima Parte, extremisque Saeculi, quod vivimus, annis potissimum Grammaticos, & Grammaticorum similes in publicum prodire iusserim. Quantumuis enim sciam, leviculis quibusdam bonarum literarum patronis non admodum placere hoc; nonnullos sui gregis non laudibus in coelum extolli, alios silentio praeteriri; tamen, si aequo velint animo iudicare, facile, credo, sentient, in communi velut theatri cavea, vti olim apud Romanos, non omnes vel in orchestra, vel in quatuordecim sedere posse. Alius naturae et necessitatis res foret, si in singulari cuiusque arte omnium, & classicorum, & proletariorum civium nomina censeri doctrinae conformatio imperaret. Deinde cum *Nomenclator* meus plures, quam *tres*, vt initio promiseram, Partes e manibus dimiserit, hanc termini prolationem spero plus habituram esse veniae, quam si *amphora institui* coepisset, *currente* vero

ro-

(*b*) In *Oratione de Artibus liberalibus* p. 246. eius *Orationum* iunctim editarum.

*rota*, vt ait *Horatius*, *vrceus exüſſet*. Sic etiam nolim quis incuriae damnet hoc, *Septimam Partem* ceteris, Scriptorum numero, exiliorem conſpici. Ultra ducentos enim & quinquaginta, ſi examuſſim calculum inii, de Italis, Gallo-Francis, Anglo-Britannis, Germanis, & Batavis, huic quaſi Minervae Peplo intexere potuiſſem, niſi aliunde ipſos, quos diu ſervet Deus! rebus adhuc humanis intereſſe, literasque etiamnunc ornare comperiſſem. Tandem, ne quis de obvallata ſibi via ſingulos omnium temporum Scriptores nominatim cognoſcendi queratur, in hoc ingratiſſimum piſtrini ergaſtulum me dedidi, vt *communem* omnibus *ſeptem Partibus*, & elementarium conſtruerem indicem, cui tamen novos ſubinde *Obſervationum* locos implicare neceſſarium eſſe duxi. Ex qua acti nunc laboris jucunditate non parum me fructus & mercedis abſtuliſſe exiſtimabo, ſi vniverſae humanitatis amatoribus, inprimis ſtudioſae artium juventuti publice utilis eſſe potui. Scio quidem non defuiſſe eximiae auctoritatis homines, qui in ſubtilioribus librorum veterum, monumentorumue cauſis, vel recognoſcendis, vel emendandis, quam in hoc minime arduo, ut multis videtur, ſaltem populari ſcripturae genere operam et tempus me conſumſiſſe maluiſſent, quorum vota lubenter audiui. Sed voluiſſem ſimul, *Caſſiani* illius memoriam recordati eſſent, *cui* hodie *bono?* Quot enim ſunt, quaeſo, noſtris Saeculi moribus, qui interiores literarum receſſus ament, Obſervationesque illius argumenti, praeſertim latine ſcriptas, aut velint legere, aut poſſint? quam propterea faſtidii maciem et contemtus publici nauſeam mirum non eſt, cur tabernarii librorum redemtores vulgo paventes & titubantes revereantur, & quod vendere ſe poſſe negant, repudient.

In hoc autem diuturno, multisque dumetis quaſi & vepribus obſepto itinere, ſi me nusquam ceſpitaſſe, aut ſomnum mihi non obrepſiſſe dicam, vanus profecto & arrogans ſim. Interdum famae inconſtantia & varietas, hinc teſtium jeiunitas & penuria, illinc ſimilium perturbatio nominum, minusque accurate temporibus & locis diſtincta li-

brorum designatio etsi animum meum non omnino a veri inquisitione flectere poterat, tamen haud expertem curae, sollicitumque, an verum cuiusque Scriptoris annum, quo vel primum, vel maxime floruerit, tenerem, effecit. Inde *Analectorum* copia, inde erroris subinde temporum confessio, & emendatio, inde quoque per exemplum meum tam late fusa *Spicilegiorum* & *Animadversionum* messis, ut si novae fortassis aliquando editioni locus esse posset, librum recognoscenti & locupletanti largissima in promtu foret materia. Enimvero mox Biographi serius, quam vellem, in oculos & manus inciderunt, mox locorum regionumque longinquitas, & literarum ultro citroque mittendarum consuetudinis difficultas plures certioresque mihi rerum auctores interuertit, mox aliunde, ubi minime quaeras, quid petendum erat, mox ad peregrinorum potius, quam domesticorum Scriptorum fidem me provocare oportuit. Interim omnibus in universum lectoribus, amicis, inimicis, aequis, iniquis, invidisque, gratias me habere par est, quotquot vel a spe absolutionis, cupiditateque lectionis, disiuncta licet annorum intervallis singularum Partium editionis mora, se avocari non sunt passi, vel iudiciis passim suis, quid jure deesset, pro candore suo indicarunt, quid addi contra, bono quidem animo, sed minus opportune, expetierunt. Sic enim in antiquis praesertim Scriptoribus, quod nonnulli saepius ore prae se tulerunt, id alii scripto (c) significarunt, *melius me forte fecisse, si de vita, ingenio, & scriptis, ac potioribus editionibus plura disputassem.* Immo vero, uti alicuius momenti editiones, si quae *Fabricio*, liberali talium mercium condo promo, recentiores lucem aspexerant, silentio me praeterire non memini: ita quid supervacanea istiusmodi commemoratio aliud futura esset, nisi crambe toties recocta, literarum finibus, et scribentis officio inimica, hac nominatim lege adstricto, ne quid studio & data opera dicamus, quod iam antea satis su-

(c) In *Actis Litterariis Klotzii*, Vol. VII. Part. IV. p. 420. 421.

superque dictum erat. Si qui tamen pertinaciter contenderint, longe jucundiorem lectu esse eiusmodi narrationis copiam & exornationem, quam constantem ad tot sui cuiusque aevi, ordinis, & generis testes provocationem, quasi enumerationem Fastorum, hac in re quidem ipsis lubens assentior, sed velim simul cogitent, tanti non habendam esse voluptatis velut titillationem, quanti utilitatis & veri indagandi finem, meminerintque simul veteris illius Mimographi, non *quam multis placeas, sed qualibus* studendum esse monentis. Sane, quod praevideram, bellos & delicatos artium liberalium sectatores magis probaturos esse philosophandi aculeos, integras Biographias, Aesthetica quaedam crepundia, Acroamata, rerumque mirabilium, & ad scenae spectacula aptarum oblectationem, quam argumentorum puncta, & testium cubilia, id meis omnino Annalibus euenit, cuius tamen suae morositatis causam non dissimulanter produnt ipsi. Aut enim lectionis, inspiciendorumque librorum studia subterfugiunt, aut librorum mancipio carent. Neutri sive voluntatis morbo, sive facultatis inopiae si remedium ipsi afferre aut nolint, aut non possint, mea culpa non est. In differendo quidem, exponendo, & interpretando absit omnis jeiunitas, vanaque libido undecunque corradendi, nulloque aetatis & ingenii discrimine antestandi rerum auctores, ubi nec opus est, nec suo fit loco. Verum in eiusmodi tabulis literariis satis esse arbitror, extremos, ut aiunt, digitos ad fontes, optimosque rivulos intendi, ut illi, quibus volupe est, maiorem rebus addere lucem, spiritumue, sciant, unde materia ad venustam, copiosam, ornatam Oratoris, Historicive narrationem repeti possit: neque enim hominibus artium rudibus, aut tironibus semper scribere necesse est. Haec igitur Fautores et Amici sibi dicta putent, quorum nonnulli operam fortassis meam invidiosius laudarunt, alii meum secuti exemplum reapse similes effinxerunt veteris *Literaturae tabulas Synchronisticas*, tanquam *Ierem. Nicolaus Eyringius*, v. c. alii Batavarum & Belgicarum rerum auctores, vt ad annorum velut mensuram digererentur, semel iterumque ediderunt. Sed obtrectatorum Pari, quod in *Ephemeridibus*

*Bero-*

*Berolinensibus* (*d*) post siparium, literis *LK.* & *Ub.* notatum, latuit, me non satisfecisse doleo, quorum censuris nihil reponerem, nisi harum genitores vulgares saeculi opiniones adoptassent, iisdemque supparasitati essent. Et prior quidem *Quartae partis* censor, posteriori *Quintae Partis* judice longe humanior, verecundiorque nihil aliud desiderare visus est, quam ICtos quosdam Germaniae, & Bataviae, tamquam *Paulum Busium*, (Franequeranum,) *Petrum de Andlo*, (Colmariensem,) *Dominicum Arumaeum*, (Jenensem,) *Reinhardum Bachovium*, (respexit fortassis ad filium, Heidelbergensem, & Argentoratensem,) et *Hippolytum a Lapide* me omisisse. Fateor eorum omnium memoriam me non attigisse: neque magnopere poenitet. Uti enim horum nemini de juris, seu civilis, seu publici, scientia, & laude quicquam detractum velim, ita nego, magnos Philologos fuisse, propterea non tam ignoratione et negligentia, quam consilio praeteriti fuerunt. Vehementer vero peccat, cum *Hippolytum a Lapide*, adeoque larvam & umbram a me commemorari oportuisse postulat, quandoquidem diu multumque ab hominibus doctis disceptatum fuit, quisnam hoc nominis grypho se occultissime involuerit. Legat saltem *Vincentii Placcii Theatrum Anonymorum & Pseudonymorum*, in *Libro de Scriptoribus Pseudonymis detectis*, n. 1362. p. 360. = 362. una cum *Joh. Christoph. Mylii Supplemento.* Part. II. c. II. §. XXXIX. p. 152. (b.c.d.) negetque, a me exegisse quid, quod fieri non poterat. Alter vero, qui fronti suae notas literarum *Ub.* obduxerat, maiori severitate iudicis personam exercet, triplicem hanc vituperationis sententiam de tribunali suo pronuncians, primum desiderare se ait *dilectum* Scriptorum, tum copiosam & ornatam eorumdem *descriptionem*, & tandem *testium* excitatorum temperationem, & quasi parsimoniam.

*Dilectus* rationem cum a me habendam esse judicat, vellim ipsius formam rectricem, & gradum optionis me docuisset, quorumnam nominatim praerogativam sortem esse ju-

(*d*) h. e. *Bibliothecae universae theotiscae*, Tomo LVI. Part. I. p. 255. 256. & Tom. LXXIX. Part. II. p. 522. = 526.

jubeat. Vel sic tamen universe & infinite reprehendit, *Onomastici* mei titulum *praestantissimorum* duntaxat spem suscitasse, istud vero nomen, a me factum, non dispunctum esse arguit. quoniam non paucos exiguae auctoritatis & momenti, vel, si theotisci eius oris vim & potestatem recte assequi possum, *nihil significantes*, (*unbeteudende, unerhebliche Schriftstellers*) in hunc censum retulerim. Quid regeram vult? Duriuscula haec videtur actionis intentio, quae tamen emollietur, si ambiguitatis nucem, quae est in *praestantissimis* aut *levioris* momenti Scriptoribus, fregeris. Tot esse possunt gradus aestimationis, quot sunt hominum studia. ideoque pro diverso intelligentiae & amoris sensu, quo quis regitur, idem summo, qnod alius, vix mediocri loco habere solet. Num igitur semper fluctuabitur judicium? Minime! In omnibus certe verae & incorruptae, non circulatoriae eruditionis spatiis regnare debent *fontes*, seu divini, seu humani, tum quicunque vel *fontibus proximi* sunt, eosdemque pristinae *integritati restituunt*, vel loca quaedam ingeniose *interpretantur*, vel *doctrinarum* suarum *hortulos* illorum elegantia & ubertate *irrigarunt*. Ad quam interni certe sensus veritatem quadam olfactus sagacitate opus est. Paulum quidem sorditiei secum fert illud *Philippae* mulierculae apud *Plautum: Aliter catuli longe olent, aliter sues*, sed multum tamen veri inesse nemo dubitat. Argumentatio igitur & comparatio magnitudinis tenuitatisue Scriptorum profecto non a quadam externa ordinis cuiusdam Academici specie, aut vero aliqua hominum, hoc illoue doctrinae studio se delectantium, opinione, sed insita rei natura pendet, quae, uti numis, aliisque rebus certum tribuit pretium, adimitque, sic animum hominis in utramque partem movet. Potest fieri, ut quis nonnullos librorum auctores in proletarios, & capite censos, pro studii, quod sequitur, diversitate detrudat, nihilominus tamen intuitu finium Εγκυκλοπαιδείας illis contubernii quaedam necessitudo negari non potest. Enimvero uti fontium primariorum nullus ob literarum communium circuitum & cognationem praetermitti poterat, sic recentiori aevo quisquis vel libris, vel monumentis veteribus, tamquam lapidum titulis, numis,

 gem-

gemmis, ſtatuiſue interpretationis lucem affudit, is commemorationis jure aliis praeſtare videtur, tametſi conſtet, eum non de Senatus literarii principibus, ſed interdum de pedariis eſſe. Si igitur illos, qui fontes primarios, ſecundariosue vel reſtituerunt, vel emendarunt, adeoque Grammaticos, & Archaeologos frequentius, quam Pragmaticos laudaui, ecquid vitii aut peccati a me commiſſum eſt? eritne propterea Nomenclator meus partium ſtudioſus? Sic omnes partium ſtudii damnabuntur, qui praeclarum libri veteris, ſeu divini, ſeu hnmani, aut monumenti editorem, et criticum malunt, quam formularium, etſi diſertum, Homiletam, quam forenſis jurisprudentiae conſultiſſimum doctorem, Medicinae Empiricae optimum artificem, aut Epitomes cuiusdam Dialecticae, Metaphyſicaeque ſubtilem architectum. Immo nonne facilis potius, quam iniquus cenſori meo videri potero, quod ne hos quidem ſilentio tranſeundos eſſe cenſui, qui tametſi in meris doctrinae ſuae locis vel digerendis vel defendendis aetatem conſumſiſſent, tamen inter ſuos vel caput extulerunt, vel novam condiderunt diſciplinam, vel interdum, tamquam fanatici, cum ratione ſua, aut ſaeculi ſtultitia viſi ſunt delirare. Quod ſi vero Nomenclator meus non paucos, ſi diis placet, nullius cenſus & famae Scriptores enarrauit, quid erat? cur non aliquot eiusmodi nominatim ederet? Sic rationem, quare huius, illiuſue docti hominis meminerim, Praetori meo reddere nunc potuiſſem. Equidem vereor, ne rem aut vero maiorem fecerit, aut vix teruncii Scriptores appellaverit, qui ipſi, aliud, vel diſſimile forſitan ſtudiorum genus amanti tales videntur. Vix enim credo ullos excitari poſſe, qui vel prima, vel cultiori alicuius libri veteris, aut monumenti, editione, vel loci cuiusdam eorumdem fontium nova uberioriue luce, vel reddito bonis artibus hilariori quaſi vultu, & vita, etſi non pares ubique literarum heroibus, tamen eorum conſortione hand plane indigni haberi debeant. — Satis de neglecti dilectus depulſione.

Succedit alter reprehenſionis locus, a cenſore meo inde repetitus, quod Scriptores non *hiſtorice*, & *characteriſtice*, (*hiſtoriſch und Characteriſtiſch gezeichnet*) deſignaverim· quibus ver-

verbis, de tripode dictis, haud dubie indicare voluit, me Scriptorum vitam non exposuisse, eorumque ingenia, hoc est, naturam & indolem, additis quibusdam facete dictis, & sententiolarum delectamentis, non persuasisse lectoribus. Immo rursus aliquid imperavit, quod a finibus libri & consilio meo abhorrebat. Non enim tantum mihi sumsi, ut *Commentarios*, nedum *Historiam* scribere me posse putarem, satis gnarus, quanti in dicendo hominis, & quam paucorum sit hodie, ad summorum virorum, *Nepotis*, *Caesaris*, & *Livii* exemplum huiusmodi quid praestare, & efficere: sed unicam quaesivi Annalium fidem, & quantum eius fieri poterat, accurationem, monumentis hominum, locorum, annorum, diversique generis & formae librorum sine ullis ornamentis notatam & distinctam. Ossa duntaxat narrationis, ut alio me iam loco praesignificare memini, exhibere volebam, succum, sanguinem, & carnem, qui volet, singulis inducat, per me licet. Haec ipsa certe aliis lubens trado vestienda & ornanda. Enimvero si de omnibus uno eodemque modo disserere voluissem, ut periculum feci in DUKERO, cuius *Laudationem*, bonum factum, aere publico typis excudi non licuisse, privato licuisse, atque sic, tanquam *Corollarium* eadem forma *Onomastici* mei *Parti Sextae* addi potuisse, quis, quaeso, narrandi, dilatandi, exornandi finis & modus futurus fuisset? neque *Nomenclator* exiisset, sed latissime patens *Biographiarum* Sylloge, cui digerendae vix plurium, nedum unius, par esse potuisset diligentia. Mihi certe satis fuit, velut ὁδηγητῆρα dare, quo viam monstrante, incredibiliter diffusus intelligi potest artium orbis. — —

Tandem illam *dilectus* fugam non in Scriptoribus modo, sed etiam in testibus & approbatoribus Scriptorum, quos vernacula dialecto *Citaten* vocat, opinione et oculis se deprehendisse ὁ Δεῖνα ait, queriturque omnes maioris, minorisue fidei, hoc est, ut interpretor, patricios plebeiosque auctores, unde plura de quocunque Scriptore disci posse existimaui, in unam quasi vannum a me coniectos esse. Fateor promiscue positos, sed nego tamen, eodem modo, quo pastor gregem suum e stabulis solet, expulsos esse, sed facto discrimine aetatis, quae saepe gra-

dus fidei index esse solet. Uti vero in bello, sic in historia, praesertim literaria, nihil contemni debet: nec multum saepe interest, illustrioris an obscurioris famae auctores rerum quid dixerint, dummodo noluerint esse mendaces, hoc est, verum dicere & potuerint, & voluerint. Cur autem hos, illosue, tam primae, quam ultimae nonnumquam caveae viros doctos antestarer, ratio minime subfuit haec, quod numero, quam pondere suffragatorum sententias pendere maluerim, sed quoniam nonnulla apud hos, apud alios alia, ad reminiscendum idonea, reperiri posse existimabam· interdum vero, quod multa ipse dicere nolebam, ne crabrones irritarem, quae apud alios tuto & sine invidia legebantur. Sic nolim περιεργίας cuiusdam accusetur hoc, *Catalogum Bibliothecae Bunavianae* toties in consilium a me vocatum esse, quasi haec animadversio levis, nihilque in recessu habere videatur. vel sic tamen quibus ille ad manus est, his facile persuadebitur, eo indicato, non opus mihi fuisse, aut *Niceronianas* identidem copias, aut alios singulares Biographos laudare, quoniam *Tomo* I. *Volumine* II. hominum eruditorum nominibus vitarum narratores opportune subscriptos quisque inveniet. —

Jam tribus huiusmodi edictis contra me generatim promulgatis Aristarchus meus inductione exemplorum corroborare studet, vera et justa fuisse, quae modo ante in universum mihi exprobraverat. Tanquam in *Roberto Bellarmino*, Onom. IV. p. 21.) carpit, me semipaginam testibus implesse, primarii vero eius operis nullam iniecisse mentionem. Sit ita. Quodnam est ipsius judicio primarium opus? Melius sane fecisset hoc indicando, quam ad illud valde παιδαριωδέστατον delabendo, meaque judicia de Scriptorum vel altiori vel humiliori gradu, testium multitudine, paucitateque, hoc est, versuum numero jejune metiendo· quasi vero usus rerum nos non doceat, nonnullis interdum de populo plures, acutissimis contra literatissimisque Scriptoribus vel nullos, vel paucos contigisse praecones Mihi autem in *Bellarmino*, ad rem, quam paravi, sufficiebat istius duntaxat libri indicium, qui mihi tum scribenti· aptissimus esse videbatur ad definiendum celebritatis eius nominis annum, reliquis aliunde

sa-

ſatis ſuperque notis. Sed vultne cum ipſo ingenue agam? Cum enim tam acutum cernere videatur, miror ſane, eum non vidiſſe, *Bellarmini* nomen aliquot annis citius a me laudari oportuiſſe, propter *Diſputationum* eius *de Controverſiis Fidei aduerſus huius temporis haereticos*, *Tomum* I. *Ingolſtadii*, 1581. fol. proditum, nec in teſtibus oblivifci me debuiſſe *Jo. Mariae Mazzuchelli*, (*Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. II. voc. (Roberto) *Bellarmino*. p. 641. = 660.) quod vtrumque jam exempli mei margini allevi. Sed externas quasdam increpandi opportunitates confectari, quam aetatis & temporum cauſas, tamquam primarias Onomaſtici mei dotes, librorum editorum annis & fide ad veri leges revocare maluit. — Similiter frontem contraxit in *Jac. Aug. Thuano*, (*Onomaſt.* IV. 33.) aitque, tot verſibus, quos in excitandis teſtibus conſumſerim, ne titulum quidem & adiuncta excellentis eius operis, quo haud dubie *Hiſtoriam* eius *temporis* deſignare voluit, me deſcripſiſſe. Sed quid opus erat rem toties decantatam ab aliis, iisque potiſſimum teſtibus, quos appellavi, inculcatam, denuo inutiliter recoquere? Admodum vero lepidus eſt Cenſor, cum publice ſimulat, me neſciſſe quid, quod privatim, niſi cubilia indicaſſem, ipſe forſitan neſciiſſet. Dum enim in eodem *Thuano* me ſaltem ad *Hamburgenſem Bibliothecam Hiſtoricam*, & *Jo. Petri Titii Recenſionem Voluminum Hiſtoricorum Thuani* prouocare debuiſſe arguit, ſuis neceſſario videre debuerat oculis, me illarum Obſervationum cauſa in ſubſcriptis ibi teſtimoniis excitaſſe *Struvii Bibliothecam Hiſtoricam*, c. XIII. p. 370. unde totidem verbis callide diſſimulanterque ſapuerat. — Pari accuſationis levitate hoc, ſi diis placet, in *Hugone Grotio*, (*Onomaſt.* IV. 100.) peccatum a me commiſſum exagitat, quod de ſcriptis eius nullum aliud commemoraverim, quam *Martiani Capellae* editionem. Enimvero, ſi aeqnus ſedere judex voluiſſet, ſtatim cogitare eum oportuiſſet, id non ideo factum eſſe, quaſi negaſſem, talem tantumque virum longe maiora aut molitum eſſe, aut perfeciſſe, ſed quoniam illa *Martiani* ἔκδοσις certiſſima erat index ad demonſtranda admodum juvenis eius famae auſpicia. Non multo minori iniquitate mihi obiicit, quoad locum de

 *Ba-*

*Bacone de Verulamio*, (*Onom.* IV. 122.) nihil me ipsius nominis memoriae appofuiffe, nifi teftium cateruam, vulgi ore *Citata*, quibus integram occupari paginam naufeat. An igitur rectius me facturum fuiffe exiftimauerit, fi aliorum plumis, ut pauo in Aefopi Apologis, fuperbire aufus fuiffem, centiesque ab aliis dicta pro meis venditaffem? Interim ne fecum ipfe pugnet, quaefo, videat. Mox enim tot vitae & ingenii *Baconiani* laudatores, quafi improbas merces, ut faftidiofus aedilis, reiicit, mox plures & recentiores *Baconis* vitas deeffe quiritat. Utinam vero illas, quarum fe effe gnarum oblique jactat, nominatim edidiffet! Sic vel unusquisque judicare potuiffet, earum particeps, an indigens fuerit, quod laudaui, Mufeum *Bunavianum*, vel ego cenforem longe me beatiorem praedicare potuiffem, ad quem fortaffis peruenerunt opera, (*The Works of Francis Bacon, Baron of Verulam, Vifcount St. Alban, & Lord High Chancellor of England. &c. London*, 1765, 4.) quinque codicibus, quibus tamen haud fcio, an nova praemiffa fit vita. — Eandem porro cantilenam mihi occinit in *Nic. Claud. Fabr. Peirefcio*, (*Onom.* IV. 156.) multos quidem libros, laudum eius nuncios, a me enumeratos effe, qui vero optimus interpres effet, *Gaffendum* deficere clamans. Attamen qui poteram aut ignorarc *Petri Gaffendi Vitam Peirefcii*, quam ipfe mancipio tenebam, aut eandem διττολογίᾳ quadam inepta denuo lectoribus obtrudere, quam *Catalogus Bunavianus* offerebat? — Mox non diffimiliter locum de *Galilaeo*, (*Onom.* IV. 160.) in vituperationem rapuit, denuo ibi filentio a me praetermiffos effe recentiores & quantiuis pretii, (*neuere fchätzbare*) Biographos ftomachatus. Contingere potuit, ut inter fcribendum mihi praefto non effent recentiffimae hominum eruditorum vitae, per Franciam, Angliam, Italiam, Germaniam, vel alicubi, evulgatae. Quis enim ita vel Panfophus, vel tot dotatus eft libris homo privatus, ut quicquid ufquam lucem viderit, aut in numerato haberet, aut ufu tereret. Sed fi ipfas nouit, quid caufae fuberat, quare eas reticeret? Sic certe planum fieret, eafdemne in animo habuerit, quas *Catalogus* *Bu-*

*Bunavianus*, a me ibi laudatus, jam occupaverat, an ad alias respexerit, veluti *Laudationem Galilaei*, ab *Antonio Francisco Frisio*, sacerdote, ut suspicor, Barnabita, factam *Liburni*, 1775. 8. similemque fortassis *Johannis Baptistae Nelli*, quarum meminit *Björnstählius*, eiusque interpres, *Itin.* Part. II. p. 175. (21.) & 176. cuius sane viri egregii causa lubenter in consilium vocassem *Hieronymi Tiraboschi* Historiam literariam Italiae, (*Storia della Letteratura Italiana, in Modena,* 1772. seq. 4.) sed ea cummaxime invitus careo. — — Neque bis duntaxat, vt aiunt, sed ter, quater, & amplius ad eumdem impegit lapidem adversarius, in *Hermanno Conringio*, (*Onom.* IV. 394.) rursus aegre ferens, me praeter *Orationes* eius *duas de Aristotele & eius philosophia*, nullius eius libri censum egisse, in locum vero breviſſimae narrationis succeſſiſſe integram de eius vita & ingenio testantium cohortem. Quid, quaeso, mali afferebat illa narrationis concisio, testium contra ubertas & quasi silua? num ideo reliqua istius profecto hominis non unius libri, et doctinae, scripta contemnenda putabam? qualem malignae interpretationis calumniam serio deprecor, sed quod dudum ab aliis cautum erat, ne in oblivionem venirent, illae vero orationes satis idoneae aetatis eius nunciae, et infra scripti librorum auctores haud steriles foecundioris ad differendum materiae indices esse videbantur. —

Tum grauiori supercilio inter se contendit, quae de *Guil. Whistono, & Petro Burmanno* (*Onom.* V. 466.) literis prodideram. Uti enim praerogativum judicii mei & amoris sensum satis invidiosa versuum mensura aestimat, sic inter *Whistonum & Burmannum* ingens me discrimen, prioremque altero longe minorem statuisse, non quidem recte, oblique tamen, insimulat, quoniam illum septem versibus dimisissem, hunc vix decem paginis expediissem. Sed bona verba quaeso! Nonne alia, quam contemtus, aut gratiae causa me movere poterat, vt illic pugni, hic palmae speciem imitarer? Pauca quippe de *Whistono* cognita & perspecta me habuisse, cum ista scriberem, fateor, neque ad Batauos libelliones, quantum sciam, nedum me, aut vita *Whistoni, Londini,* vt ait, 1749. 8. duobus codici-

cibus, edita, aut *Biographia Britannica*, *Londini*, ſex codicibus, Fol. edita, aut *Baumgartenianae* Animadverſiones ad Halenſem quamdam Bibliothecam, pervenerant· iccirco mirum non fuit, cur in anno eius natali pariter atque fatali haererem. Longe vero diſpar ratio erat in *Burmanno*, cuius ſcripta, cum a nemine, quantum reminiſci poteram, accurate in cenſum relata eſſent, nunc demum literis conſignata nonnihil ad reſuſcitandam temporum eius memoriam proficere poſſe exiſtimabam. Verumtamen licuerat ne hanc ob cauſam cenſori ad iſtam ſuſpicionis maciem confugere, quaſi ſolos, vt vocant, Literatores, hoc eſt Grammaticos in pretio habuerim, ceteros flocci non fecerim? Apage meram vexationis aeruginem! Immo vero multum intereſt inter quoddam amoris delectationisque ſtudium, atque deſpicientiam. Illius motibus internis capiuntur, & capi debent, quotquot alicui ſcientiae generi ſe dediderunt; hac vero laborare ſolent quicunque mirabilem artium & doctinarum cognationem, velut ſonorum in numeris & fidibus concentum non intelligunt. A quo tamen me alienum fuiſſe morbo tota, ni fallor, *Onomastici* mei complexio ſine controuerſia docebit. Vel ſic tamen Cenſor nondum definit lectoribus fucum facere, certius non modo accuſationis argumentum in iis ſe reperiſſe viſus, quae ad *Chriſtianum Thomaſium*, (*Onom.* V. 430.) ex *Geſneri* ſcholis ad *Iſagogen* excerpſeram, ſed etiam inde, tanquam fidiculis, extorquens, quod nullum eius alium excitarim librum, niſi *Hiſtoriam Sapientiae & ſtultitiae*. Si haec non eſt inſidiatrix argumentatio, neſcio, quo nomine Chryſippei appellari debeant laquei· E cohaerentia certe verborum meorum ipſemet ſatis intelligere poterat, vt illum duntaxat librum commemorarem, neceſſitatis fuiſſe Chronologicae, ceteros in *Catalogo ſcriptorum Thomaſii* toties lectos eſſe. Interim haud vereor dicere, quid non tam ego, quam multi alii de *Thomaſio* judicent. Lubens illi do acumen philoſophandi, non adimo multiplicium doctrinarum curricula, tribuo domitae ſuperſtitionis & Hierarchiae laudem, denique, ſi quae alia juris naturalis, & civilis prudentiae bona ſibi vindicare po-

poteſt, non repugno; interiorem vero juris civilis Romani diſciplinam, quae ſine literis graecis latiniſque eſſe non poteſt, numquam iſte coluit. — Quae ſequuntur, conſtanter ſimiles querelarum & invidiae conflandae locos ingerunt, quos breuiter amovere conabor. Primum non invideo ipſi cornicis oculum, vt dicitur, cum intuitu *Pagii*, & *Turretini*, (*Onom.* V. 293. ſ.) gryphum *Spittlerianum* felicius me aſſecutus eſt. Si enim ille ſcripſiſſet, *non totus prodiiſſet* minime laboraſſem. Tum viciſſim metum condonet mihi, fruſtra verenti, ne *Rud. Ericus Raſpius* (*Onom.* V. 146.) promiſſi fidem ſolvere poſſet. Inter multos enim & graues de diſceſſu eius Caſſelano ſparſos rumores muti de editis ab eo quibusdam *Leibnitii* Opuſculis nuncii in Batavis manſerant, neque etiamnunc ſcirem, quo anno, & qua forma prodierint, niſi *Hambergeri docta Germania* in voc. p. 199. Tom. III. ed. qnartae, me in viam reduxiſſet. Poſtea, quae ſuper *Jo. Harduino*, (ad *Onom.* V. 320. ſequ.) & *Jo. Franc. Buddeo*, (ad *Onom.* V. 414.) odioſa quadam contentione efferuntur, ea non retundam. Sic enim repetenda forent, quae modo ante occaſione *Whiſtoni* & *Burmanni* redargueram. Tandem quantocunque etiam in honore habeat *Gottl. Gerhard. Titium*, ICtum, tamen neſcio an ius ſibi vindicare poſſit mihi imperandi, & a me poſtulandi, vt in huiusmodi. Faſtis plura de eo ſcriberem, atque ſcripſi. Multo minus eum decebat, alio trahere vocis *argumenti* poteſtatem, atque ego cogitabam. (*Onom.* V. 351.) Non enim illo vocabulo indicare volui, ex *Kindervaternio* demum, & *Juglero* conſtare, aliquem *Titium* vixiſſe, pro quo puerilis ſententiae ludo & ioco aſſem a me nullum auferre poteſt, ſed quod illi Duumviri ſcriptorum eius primitias, adeoque famae eius incunabula eidem, quem in margine notaveram, anno aſſignarunt. — Ceterum tametſi multas alias id genus animadverſiones ad hoc Opus meum dare ſe poſſe glorietur, tamen tempus eſſe ait, vt deſinat, neu me amplius dubitationibus ſuis conſtrictum teneat, in Epilogo ſimul pro hac Sylloge utiliter digeſta, & per eam fuſa ſubtilium Obſervationum elegantia & novitate (*eingeſtreute feine Anmerkun-*

*kungen und bekend gemachte Anecdoten*) gratias mihi agendas esse perofficose & peramanter censens. Equidem, quod dat, accipio, tantumque ipsi gratiae pro edictorum eius humanitate me debere existimo, quantum persolvere mollissimo animo difficile est. An eiusmodi Commentariorum menstruorum notas censorias in posterum morari possim, valde dubito, quandoquidem aliud nunc gravioris curae negotium mihi moliendum est, vt tandem id, quod dudum mihi destinaveram, aetate iam prouectior, perficiam. Interim quicunque volent Onomasticum meum hinc illinc arrodere, hi quaeso excusationis praemunitionem ad animum revocent, qua usus est olim alia in causa *Justinianus*, Imp. leg. 2. §. 14. *Cod. de veteri jure enucleando*, *Si quid*, inquientis, *in tanta legum compositione quae ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum existimet: sed primum quidem imbecillitati humanae, quae naturaliter inest, hoc inscribat, quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare divinitatis magis, quam mortalitatis est: quod & a maioribus dictum est: deinde sciat, quod similitudo in quibusdam & his brevissimis adsumta non inutilis est.*

Sic te, Lector humanissime, plurimum salvere jubeo, suscipiendisque porro consiliis & laboribus meis vt fauore tuo quasi calcaria admovere ne graveris, etiam atque etiam rogo, & oro.

Scripsi in Academia Veteris ad Rhenum Trajectus, ipsis kalendis Novembribus. CIↃIↃCCLXXXX.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* —— *Carolo,* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740. | 1740. | IOsephus BARTOLI, Patavinus, Philologus, et Archaeologus Academiae Taurinensis, hoc anno in lucem prodire iussit: *Due Componimenti Poetici*, in *Padoua*, 8. mox duabus disputationibus & praestantiam Musei Veronensis, et pulchritudinem tituli Graeci commendavit. (*Due Dissertazioni di Giuseppe Bartoli, nella prima si da Notizia del publico Museo d'Iscrizioni in Verona; nella seconda si dimostra la bellezza d'una greca inedita Iscrizione in Verona.* 1745. 4. mai) v. Nov. Act. Erud. 1758. Novembri, p. 654. = 660. et quam in *Ephemeridibus Parisiensibus*, 1747. Aug. p. 545. promiserat Diptychi Qviriniani interpretationem, eius facti nominis postea fidem fortassis hoc sub titulo liberavit: *Il vero Disegno delle due Tavolette d'Avorio. Parma.* 1757. 4. Nat. 1717. = ☉. . . . vid. *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. I. p. 445. = 450. |
| | 1740. | *Antonius* BONIOHANNES, (vulgo: *Bongiovanni*,) Perrarola-Veronensis, Philologus, & Bibliographus Venetus, hoc anno *Graeca Scholia Scriptoris Anonymi in Homeri Iliados Librum I. ex vetusto Codice Bibliothecae Venetae eruit, latine interpretatus est, notisque illustravit, Venetiis.* 4. (*Nov. Act. Erud*, 1752. *Novembri*, p. 654. = 658.) tum vtramque *D. Marci Bibliothecam* seu *Graecam*, seu *Latinam Codicum Msc̄ptorum*, sub auspiciis *Laur. Theupoli*, |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* <br> *Carolo,* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740. | | (v. Part. VI. p. 526.) et adiuvante *Antonio Maria Zanetto, per titulos* digessit *Venetiis*, 1740. & 1741. fol. praeterea *Libanii Sophistae Orationes XVII. e Msc. codicibus eruit, latine vertit, notisque illustravit. Venetiis* 1754. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1756. *Februario.* p. 49. = 57.) & tandem *Theodoreti Opuscula duo nunc primum e Codice Msc. Bibliothecae Vindobonensis* vulgavit *Venetiis.* 1759. 4. <br> Nat. 1712. = Θ. .... <br> v. *Io. Mar. Mazzuchelli Gli Scrittori d' Italia* Vol. II. Part. III. voc. (Antonio) *Bongiovanni*, p. 1629 1630. |
| | 1740. | *Petrus Franciscus* FOGGINIVS, (non *Foggini*, vt est in *Bjornstählii* Itinere, Part. II. p. 96.) Philologus & Archaeologus, mox Florentinus, mox Romanus, a cuius ingenio civitas literaria non vulgaria accepit munera, veluti hoc anno, *De primis Florentinorum Apostolis Exercitationem singularem, Florentiae.* 1740 4. totam mox operi eius singulari *de Romano D. Petri Episcopatu, Florentiae,* 1741. 4. *Exercitatione* XIV. a p. 289. insertam, tum *Codicem antiqvissimum a Rufio Turcio Aproniano distinctum et emendatum, qui nunc Florentiae in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana asservatur. Florentiae,* 1741. 4. (*Dan. Gerdes Florileg. Libror. rar.* p. 355.) paulo post: *La vera Istoria di S. Romolo Vescovo e Protettore di Fiesole, liberata dal Dottore Pier Francesco Foggini delle Calunnie &c. Roma, & Lucca,* 1742. 4 (*Nov. Act. Erudit.* 1745. *Martii* Parte II. p. 150. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Carolo, VI. Iosephi Fratre.* 1711. = 1740. | | 150. = 153 ) et quoniam *Franc. Anton. Gorius* titulo *S. Romuli* Faesulano antiquitatis fidem detraxerat, in *Praefationis Partis Tertiae Inscriptionum antiqvarum, quae in Etruriae vrbibus exstant, Mantissa*, p. XLVI. hujus defendendi causa *Praefationis Mantissam alteram* sine loco et anno (forte 1743.) *Gorio* opposuit 4. praeterea *S. Epiphanii de XII. Gemmis rationalis summi Sacerdotis Ebraeorum librum ad Diodorum ex antiqva versione latina* edidit, et animadversionibus illustravit *Romae.* 1743. 4. adhaec: eiusdem *S. Epiphanii Salaminis in Cypro Episcopi Commentarium in Canticum Canticorum ex antiqua versione latina, Romae* 1750. 4. vulgavit, (*Nov. Act. Erud.* 1755. *Novembri* p 646. = 651.) & tandem ingenti Archaeologicae artis commodo *Fastorum anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum Reliqvias ex marmorearum Tabularum Fragmentis Praeneste effossis*, vna cum *Verrii Flacci Operum Fragmentis omnibus, quae extant*, ac *Fastis Romanis singulorum mensium* collegit, scholiisque ornavit *Romae. Anno Sal.* 1779. grandi folio. (v. *Bibliothec. Crit.* Vol. II. Part. II. p. 137. 138. & Vol. II. Part. III. p. 72. = 90. cuius censurae auctor fuit Cl. *Ianus Ruardi*, indicio Cl. *Wyttenbachii*, ibidem, in Praefatione, Vol. III. Part. I. p. VII.) |
| | 1740. | *Johannes Andreas* IRICVS, Tridinensis, Collegii Ambrosiani doctor, Theologus, Historicus, & Philologus Tridenas, hoc anno ad *Philippum Argelatum*, Bononien- |

 sem

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus*, — *Carolo*, VI. *Josephi* Fratre. 1711. = 1740. | | sem, Epistolam scripsit, ibique institutum suum Historiam vrbis Tridinensis edendi exposuit. (v. *Nov. Act. Erud.* 1740. *Octobri* p. 519.=522.) mox alia *Epistola vetus* quoddam *argenteum Sigillum* explicuit, ibidem, p. 522.=524. Paulo post *Rerum patriae Libros III. ab A. V.* 154. *vsque ad Ann. Christi* 1662. &c. &c. *Mediolami*, 1745. fol. perfecit, (v. *Nov. Act. Erud.* 1751. *Augusto*, p. 433.=440.) & tandem: *Sacrosanctum Euangeliorum Codicem*, *S. Eusebii, magni Episcopi & Martyris, manu exaratum*, *ex Autographo Basilicae Vercellensis*, *ad unguem*, vt loquitur, *exhibuit*, *Mediolani.* 1748. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Julio.* p. 440=442.) |
| | circa 1740. | *Johannes Dominicus* MANSI*us*, Archiepiscopus Lucensis, Historicus, et Philologus, primum *Baronii Annalibus*, & *Pagii* Criticae, ab Anno 1738. *Lucae* publice describi coeptis, fol. adnotationum subinde lucem affudit: tum *de Epochis Conciliorum*, *Sardicensis*, *et Sirmiensium*, *ceterorumque in causa Arianorum*, singulari libro egit, hac *occasione* simul *rerum potissimarum S. Athanasii Chronologiam* restituit, *Lucae.* 1746. 8. (v. *Nov. Act. Erud.* 1748. *Junii* Parte I. p. 329=336.) porro: *Sanctorum Conciliorum & Decretorum Collectionem novam*, *seu Collectionis Conciliorum a Philippo Labbeo*, *et Gabriele Cossartio Societ. Iesu Presbyteris*, *primum vulgatae*, *deinde emendatioris & amplioris*, *opera Nicolai Coleti*, *sacerdotis*, *Venetiis recusae*, *Supplementum* molitus est, in quo *Additamen-* |

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA.

*Principibus.* — *Carolo* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740.

*menta*, *Variantes Lectiones*, *et Emendationes ad Concilia Veneto-Labbeana*, *nova itidem Concilia ac Decreta permulta* exhibuit *Lucae.* 1748. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1750. *Maio*, p. 241. = 251.) Quorum Conciliorum sex priores Tomos *Lucae*, 1748. = 1752. in compendium miserunt *Gottingenses*, in *Relationibus de Libris Novis*, *Fascic.* III. n. XII. p. 234. = 250. & *Fascic.* X. n. V. p. 368. = 380. *Tomum* vero X. XI. XIII. *Florentiae*, 1765 = 1767. fol. *Lipsienses*, in *Nov. Act. Erud.* 1771. *Ianuar.* p. 1. = 5. Sic magno sibi civitatem literariam beneficio devinxit, cum *Jo. Alberti Fabricii Bibliothecam Mediae & infimae Latinitatis e MSS. editisque Codicibus corrigeret*, *illustraret*, augeret *Patavii.* 1754. 4. Tomis VI. An *Miscellanea Stephani Baluzii*, de quibus *cum plurimis accessionibus Lucae edendis ad literariae eruditionis studiosos nuncium praemiserat* in *Nov. Act. Erudit.* 1761. *Februario*, p. 74. = 79. reapse promulgaverit, mihi non constat.

ⴱ. 1769.

1740. *Albertus* MAZZOLENI, Sacerdos Benedictinus Abbatiae Casinatis, & Archaeologus, hoc anno in lucem prodire iussit *Numismata aerea selectiora maximi moduli e Museo Pisano*, *olim Corrario* Tabulis XCII. *In Numismata aerea selectiora maximi moduli e Museo Pisano*, *olim Corrario*, *Commentarios. In Monasterio Benedictino Casinate S. Iacobi Pontidae agri Bergomatis*, Tomis duobus 1740. 1741. & 1744. fol.

 mai.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | mai. (*Nov. Act. Erud.* 1748. *Martii* Parte I. p. 97.=119.) |
| *Carolo,* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740. | 1740. | *Angelus Maria* RICCIVS, Philologus graecus Academiae Florentinae, a cuius ingenio profectae sunt *Dissertationes Homericae habitae in Florentino Lyceo*, vna cum eiusdem *Orationibus pro solenni instauratione studiorum.* tribus Codicibus. *Florentiae.* 1740. 4. (v. *Nov. Act. Erudit.* 1746. Maio. p. 248.=258.) Vid. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1557. |
| | 1740. | *Antonius Maria,* & *Hieronymus Franciscus* } ZANETTIi, prior Bibliothecae D. Marci praefectus, Pictor, & Archaelogus, cuius opera & studio sub auspiciis tamen *Laurentii Theupoli*, Senatoris Veneti, *Graeca D. Marci Bibliotheca Codicum Mscptorum*, *Venetiis*, 1740. fol. *Latina & Italica D. Marci Bibliotheca Codicum Msptorum*, *Venetiis*, 1741. fol. item *Delle antiche Statue Greche e Romane* duabus partibus, *Venetiis*, 1740. & 1743, fol. (v. *Björnstäbls Reize*, Part. II. p. 229.& 239. et *Onom.* P. VI. p. 526. 527.) in lucem prodierunt: Alter vero Historicus, & Archaeologus, *Dactyliothecam, seu Gemmas antiqvas Antonii Mariae Zanetti* ab *Antonio Francisco Gorio* notis latinis illustratas, *italice reddidit Venetiis*, 1750. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1753. Julio, p. 385.= 388.) tum literas Etruscas genus esse Runi- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* —— *Carolo,* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740. | | nicarum literarum, haud scio, an verisimiliter, approbare conatus est, ( *Nuova Transfigurazione delle Lettere Etrusche. Venezia* 1751. v. *Björnståhls Reize*, Part. I. p. 397.) Praeterea alios vel Archaeologici vel Historici argumenti libros in lucem exire iussit, veluti: *Urna Contarena ab Hier. Franc. Zanettio nunc primum tentata perbrevi disquisitione ad Consocios suos Columbarios. Venetiis*, 1752. 4. (*Nov. Act. Erudit.* 1755. *Novembri* p. 661. = 663.) *Due antichissime Inscrizioni spiegate, in Venezia*, 1755. quas easdem proximo anno *Eduardus* quoque *Corsinus* interpretatus est *Romae*, 1756. 4. — *Dell' origine di alcune Arti principali appresso i Veneziani, Libri due, Venezia*, 1758. 4. (*Björnståhls Reize, Part.* II. p. 239.) item: *Chronicon Venetum, omnium, quae circumferuntur, vetustissimum, & Iohanni Sagornino vulgo tributum, e MSto Codice Apostoli Zeno, cum MSS. Codicibus Vaticanis collatum, notisque illustratum, Venetiis.* 1765. 8. (*Björnståhls Reize*, Part. II. p. 242.) |
| | 1740. | . . . . . GVYON, (l'Abbé) cuius est *Histoire des Amazones Anciennes et Modernes, enrichie des Medailles, à Paris*, 1740. 8. & *à Bruxelles* 1741. 8. ( v. *Journal des Savans* 1741. *April.* p. 527. & *Mémoires de Trevoux.* 1741. *Augusto Art.* 36. p. 678.) |
| | 1740. | *Simon* PELLVTERIVS, (vulgo: *Pelloutier*,) antiqua Waldensium gente ortus, natalibus Lipsiensis, Theologus Calvinianus, Homileta Gallo-Francicus Bero- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* —— *Carolo,* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740. | | rolinensis & Historicus, hoc anno Historiae eius Celticae & Gallicae Tomus prior, (*Histoire des Celtes & particulierement des Gaulois, et des Germains*) *Hagae Comitum* 1740. 8. alter vero Tomus decennio post ibidem, 1750. 8. prodiit, (*Nov. Act. Erud.* 1758. *Octobri*, p. 606.=624.) postea non vnam Historici & Philologici argumenti Diatriben, vel *Historiae Academiae Regiae Scientiarum* Berolinensis inserendam curavit. *Nat. 1694.=☉. 1757. Vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1497. — *Nova erudita Europa*, Part. XII. p. 882.=905. et *Part.* XIV. p. 560. — Icon & vita, in *Io. Matthi. Schroeckh Abbildungen* &c. Tom. II. *Fasc.* II. n. XLII. p. 275.=280. |
| | 1740. | ... *d'Artezé de la* SAUVAGERE, dux militaris, tormentorum magister regius, & Archaeologus Parisiensis, hoc anno parvum, sed haud exigui momenti libellum edidit: *Recherches sur la nature et l'etendue d'un ancien Ouvrage des Romains, appellé communement Briquetage de Marsal, avec un Abregé de l'histoire de cette ville, et une Description de quelques Antiquités, qui se trouvent à Tarquinpole, à Paris*, 1740. 8. cum VII. Tabulis radio scriptis. (*Mémoires de Trevoux* 1740. mense *Septembri*, Art. 79. p. 1717.) quae deinceps Qvaesita auctius & emendatius repetita sunt in eiusdem Sylloge Monumentorum veteris Galliae, (*Recueil d'Antiquités dans les Gaules, enrichi de diverses planches &c. pour servir à l'in-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *l'intelligence des Inscriptions de ces Antiquités, Ouvrage qui peut servir de suite aux Antiquités du Comte de Caylus.*) à *Paris.* 1770. 4. cum non paucis figurarum Tabulis. |
| *Carolo,* VI. *Iosephi* Fratre. 1711. = 1740. | 1740. | *Johannes Franciscus* SEGVIERIVS, Medicus, Academiae regiae Nemausensis, Bononiensis, Panormitanae, & Veronensis Collega, Philologus & Archaeologus, hoc anno *Bibliothecam Botanicam, Hagae Comitum* 4. emisit, nec mulo post *Plantas Veronenses, seu Stirpium, quae in agro Veronensi reperiuntur, Methodicam Synopsin* digessit, vna cum *Bibliothecae Botanicae Supplemento, Veronae.* 4. duobus Tomis, (*Nov. Act. Erudit.* 1758. *Junii* Parte I. p. 326 = 336.) nec non de literis veterum Epigraphicis bene meruit, promulgata Disputatione super veteri Inscriptione, (*Dissertation sur l'ancienne Inscription de la Maison Carrée de Nismes.*) *Lutetiae Parisiorum*, 1759. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1760. *Martii* Parte II. p. 145. = 151.) Ceterum grande opus *Indicis*, vt aiunt, *generalis omnium Inscriptionum* molitus est, quod morientem Academiae Nemausensi testamento legasse ferunt. Quae si vera est fama, nihil sane illi hominum doctorum conventui gloriosius, nihil communibus literis fructuosius, nihil antiquitatis Graecae & Romanae studiosis optatius contingere et suscipi possit, quam illius editio. Macti estote hac laude, optimi Nemausenses, vehementerque vos oro & obtestor, nolite pati, ut |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* —— *Carolo,* VI. *Ioſephi* Fratre. 1711. | | iſtius Herculei laboris theſauro diutius careant ampliſſimi rei Epigraphicae fines! Vid. *A. Haller Bibliothec. Botanic.* L. X. n. 1337. p. 308. 309. *Tom.* II. —— *Maffeii laborum, ſtudiorum, & itinerum tot annos comes, amicus in paucis, & contubernalis* dicitur *Caietano Cognolato* in Praefactione ad *Aegidii Forcellini Totius Latinitatis Lexicon.* §. V. p. XI. |
| = 1740. | 1740. | *Franciſcus Maria Arouet de* VOLTAIRE, Pariſienſis, certe Inſulanus Franciae, ingenioſiſſimus quidem Poëta Gallo-Francicus, ſed artium divinarum humanarumque, item antiquitatis, ſeu Ebraeae, ſeu Graecae, Romanaeve haud raro inconſultus Iudex. Etſi vero viginti iam propemodum annis ante cum fabularum tragicarum *Oedipi*, *Mariamnes*, *Bruti*, rel. tum *Henriadis*, carminis, ſi diis placet, Epici, integraeque valetudinis iudicii, ſ. Guſtus templi, & aliorum id genus ſcriptorum populari ſuffragatione & plauſu floruit, tamen ab hoc maxime anno plenis, vt aiunt, buccis ab eiusmodi potiſſimum hominibus celebrari coepit, qui verſuum dulcedine, dictionisque eius venuſtate & ſalibus ineſcati, ad ſimilem opinionum & philoſophandi levitatem, faciesque ſannionum in rebus ſeriis iocos ſe abripi patiebantur. Non multum certe praeclari de ſaeculo noſtro opinari poſſe iudicabat illuſtris *Celſingius*, quod huiusmodi verſificator tanta apud populum literarium gratia & auctoritate valere credebatur, teſte *I. I. Björnſthälio* in *Itine-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Carolo* VII. *Bavaro.* 1743. = 1745. | 1746. | *Francifcus Chriftophorus de* SCHEYB, in Gaubikolheim, Patricius Conftantienfis, Auftriae inferioris fenatui ab Epiftolis, Hiftoricus, & Geographus Viennenfis, hoc anno Therefiae Auguftae laudes carmine celebravit, (*Therefiade, ein Ehren gedicht,*) *Viennae*, 1746 4. Maximam vero apud literarum ftudiofos gratiam iniit, cum *Peutingerianam Tabulam Itinerariam, quae nunc in Augufta Bibliotheca Vindobonenfi affervatur, accuratiffime exprimendam* & illuftrandam curaret *Vindobonae*, 1753. fol. mai. (v. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Junii Part.* I. p. 289. = 299. & *Relationes de Libris Novis, Fafcic.* VII. n XII. p. 233.=254.)<br>Nat. 1704.=⊖. 1777.<br>Icon & vita in *Iac. Bruckeri Pinacotheca*, f. *Bilder Sal.*, Tom. II. *Decad.* X. No. IV. — *Hambergeri erudita Germania*, Sect. II. p. 381. & Sect. III. p. 676. ed. primae. p. 658. & *Meufel. Supplem.* p. 246. ed. fecundae, et p. 1014. cum *Meufelii* Supplemento, p. 431. ed. tertiae. |
| | 1746. | *Nicolaus* SCHWEBELIVS, gente Francus, Philologus primum Norimbergenfis, tum Gymnafii Carolini apud Onoldinos, ali- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | quot jam quidem annis ante in civitatis eruditae theatrum prodiit, vulgata *de Iove* Πολιέχῳ A. 1740 disputatione, hoc tamen potissimum anno industriae suae laudem consecutus est, promulgatis *Bionis & Moschi Idylliis, Venetiis,* 1746. 8. (*Nov. Act. Erudit.* 1751. *Decembri*, p. 699. = 703.) de quibus cum auctore, vt reor, *Io. Jac. Reiskio*, iniquius, quam par erat, ibi iudicatum esset, *Refutationem Censurae ineptae, quam Anonymus quidam Censor Actis eruditorum adversus Bionis et Moschi Idyllia*... *inserendam curavit*, singularibus chartis, in forma quarta, sine anni & loci mentione, in vulgus emisit. mox *Onosandri Strategicum graece ad MSC. fidem expressum, Notis criticis, & figuris aeri incisis*, illustravit *cum versione gallica Baronis de Zurlauben, Norimbergae*, 1762. fol. (v. *Nov. Act. Erud.* 1763. Maio, p. 201. = 211. & quae curatoris Actorum oscitantia fuit, iterum, A. 1768. Julio, p. 313. = 319.) tum *Lamberti Bos Ellipses Graecas doctorum virorum Chrift. Schoettgenii, Io. Georg. Sam. Bernholdii, Io. Fr. Leisneri*, & suis *Observationibus* dotatas recognovit *Norimbergae*, 1763. 8. mai, (*Nov. Act. Erud.* 1763. *Martii* Part. II. p. 121. = 125.) et *Flavii Vegetii Renati, Comitis, de re Militari Libros V. cum selectis Stewechii & Scriverii, nec non ad Codd. MSCptorum fidem notis perpetuis criticis* emendavit, *addita versione Gallica, Norimbergae.* 1767. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Augusto.* p. 353. = 359.) Nat. 1713. = ☉. 1773. d. VII. Decembris. vid. |

| SAEC. XVIII | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | vid. *Theophil. Christoph. Harlesius* V. C. *in de Vitis Philologorum nostra aetate clarissimorum, Volumine secundo*, p. 111.=136. — *Hambergeri erudita Germania*, Sect. II. p. 419. & Sect. III. p. 600. ed. primae. et p. 716. ed. secundae. |
| | 1746 | *Franciscus* WAGNER*us*, Societatis Iesu Presbyter, & Historicus, hoc anno *Historiam Iosephi I. Caesaris Augusti* condidit *Viennae Austriae*, fol. (*Nov. Act. Erud.* 1751. *Junii Parte* I. p. 289.=297.) |
| | 1746. | *Antonius* ASKEW, Collegii Emmanuelensis apud Cantabrigienses olim Socius, Medicus, & Philologus Londinensis, hoc anno *Nouae Editionis Tragoediarum Aeschyli Specimen* edidit *Lugduni Batavorum*, 4. mai. (*Nov. Act. Erud.* 1749. *Augusto.* p. 488.=490.) pluriumque rerum magnarum facto in longinquas regiones itinere, & conquisitis vndique literarum thesauris, spem fecerat, quam eius morte decollasse doleo. |
| | | ☉. 1774. |
| | 1746. | *Petrus* CAMPER, Leidensis, Medicus & Anatomicus, mox Amstelaedamensis Lycei, mox Academiae Franequeranae, & Groninganae, tandem relicto doctoris Academici munere, ad rem publicam accessit, suarum per Frisiam partium fautor et adiutor. Hoc anno Medicinae honores Academicos edita *Lugduni Batavorum de Visu*, *Dissertatione*, vt mos loqueudi est, *inaugurali* meruit. Quid vero in artis |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | tis Medicae formulis, praesertim Anatomiae causis praestiterit, illi sciunt, penes quos norma & praescriptio iudicandi esse solet. *Albertus* saltem *Hallerus* in *Bibl. Anatomica*, Tom. II. L. IX. §. 1068. p. 395. *Magni virum ingenii* vocavit. ☉ 1789. |
| | 1747. | *Ludovicus Sabbatinus de* ANFORA, Congregationis piorum operariorum Presbyter, et Archaeologus, hoc anno *Epistolam* scripsit, *qua vetustae Inscriptionis fragmentum Neapoli nuper detectum illustratur, Romae.* 4. mai. (v. *Nov. Act. Erud.* 1750. *Septembris* Part. II. p. 558. = 560.) |
| | 1747. | *Bernardus Maria de* RVBEIS, sacerdos ordinis Prædicatorum & Historicus, hoc anno de numis Patriarcharum Aquileiensium disseruit *Venetiis*, 8. (*Nov. Act. Erud.* 1749. *Martii*, Parte I. p. 139. = 141. |
| | 1747. | *Henricus* FLOREZ, Academiae Complutensis Theologus, & Historicus, hoc anno in lucem prodire iussit *Espanna sagrada: Teatro Geographico-Historico de la Iglesia de Espanna: Origen, Divisiones, y Limites de todes sus Provincias*, &c. &c. hoc est: Hispaniam sacram, Theatrum Geographico-Historicum Ecclesiae Hispaniensis, origines, Divisiones, Limites omnium eius regionum &c. *Mantuae Carpetanorum*, 1747. = 1753. vndecim codicibus in 4. (v. *Relationes Gottingenses de Libris novis, Fascic.* XII. n. V. p. 388. = 428.) |

A.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | A *Gesnero* ad *Isagogen*, §. 577. p. 471. Tom. I. tamquam *opus insigne & eruditissimum* laudatur. |
| *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1747. | *Petrus* CARPENTERIVS, (vulgo: *Carpentier*,) sacerdos Benedictinus, Praepositus S. Onesimi Doncheriensis, Philologus, & Historicus Parisiensis, hoc anno *Alphabetum Tironianum*, *seu Notas Tironis explicandi Methodum cum pluribus Ludovici Pii chartis*, *quae notis iisdem exaratae sunt*, *& hactenus ineditae*, *ad Historiam & Iurisdictionem cum Ecclesiasticam*, *tum civilem*, *pertinentibus* diligenter & acute indagauit *Lutetiae Parisiorum*, fol. mai. (*Nov. Act. Erudit.* 1748. *Septembris Part.* I. p. 477. =498) tum *Glossarium novum ad Scriptores Medii aevi*, *cum Latinos*, *tum Gallicos*, *seu Supplementum ad auctiorem Glossarii Cangiani editionem* condidit, & digessit, vbi *subditae sunt ordine Alphabetico Voces Gallicae*, *vsu aut significatione obsoletae*, *quae in Glossario & Supplemento explicantur. Accedunt varii Indices praecipue rerum*, *extra ordinem alphabeticum positarum &c. Cangii dissertatio de inferioris aevi & imperii numismatibus*, *item emendationes typographicae ad novissimam Glossarii editionem. Parisiis* 1766. fol. quatuor codicibus (*Nov. Act. Erud.* 1769. *Augusto*, p. 370.=376.) Id vero Glossarium *Carpenterianum* pariter atque *Du Cangianum Epitomes formam subiit*, sub titulo: *Glossarium Manuale ad Scriptores mediae & infimae latinitatis*, *ex magnis Glossariis Caroli du Fresne*, *Domini Du Cange*, *& Carpentarii in compendium redac-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *dactum, multisque verbis & dicendi formulis auctum, Halae,* 1772. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1772. *Aprili*, p. 107. = 192. Nat. 1697. = ⊖ 1767. |
| *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | v. *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. II. p. 60. s. voc. |
| | 1747 | *Johannes Petrus* TERCIERius, Parisiensis, prudentiae civilis Scriptor, Historicus, & ab hoc anno Academiae regiae bonarum artium Senator Parisiensis, cuius hae sunt haud vulgaris doctrinae disputationes: *Mémoire sur la Conquête de l'Egypte par Selim, premier du Nom, Empereur des Ottomans.* A. 1747. (*Memor. Literat.* Vol. XXI. p. 559 = 573.) *Sur le Passage de Tite Live, qui donne l'origine des Jeux Sceniques de Rome.* (*Histor. Acad.* Vol XXIII. p. 149. = 155.) *Sur l'Epoque et les circonstances de la Decouverte du Caffé débitées par les Orientaux.* (*Histor. Acad.* Vol. XXIII. p. 284. = 289.) *Dissertation, dans laquelle on entreprend de prouver, que de toutes les Langues, que l'on parle actuellement en Europe, la langue Allemande, est celle, qui conserve le plus les vestiges de son ancienneté.* A. 1750. (*Memor. Lit.* Vol. XXIV. p. 569. = 583.) *Mémoire sur l'origine de la Dynastie des Sophi en Perse, du nom de Kizilbasch, ou tête rouge, que les Turcs donnent aux Persans, et de l'inimitié, qui regne entre les deux Nations.* A. 1748. (*Memor. Lit.* Vol. XXIV. p. 754. = 779.) *Mémoire sur la prise de la Ville, et de l'Isle de Rhodes en 1522. par Soliman II. du nom, Empereur* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* —— *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = *1765.* | | *reur des Ottomans.* A. 1753. (*Memor.* Vol. XXVI. p. 728 =769.) *Sur l'anciennetè des Bombes, et des Mortier.* A. 1757. (*Histor.* Vol. XXVII. p. 206. =211.) *Sur le Portrait que Salluste a fait de Sempronia.* A. 1758. (*Hist. Ac.* Vol. XXIX. p. 186. =190.) Nat. 1704. = ⊖. 1766. vid. *Eloge de Mr. Tercier, par Mr. le Beau.* (*Histor. Acad. Inscript.* Vol. XXXVI. p. 245. =252. — *Nouveau Dictionaire Historique.* Tom. VIII. p. 486. voc. |
| | 1746. | *Carolus de* BROSSES, Diuionensis, Senatus illius vrbis princeps, ICtus, Philologus, & Historicus Academiae literarum Parisiensis, in cuius commentariis hae leguntur eximiae eius disputationes: *Annonce d'un Supplement à l'ouvrage historiqve de Salluste, qve nous n'avons plus, à laqvelle on a joint, pour essai, le precis de la guerre civile de Lepide, Pere du Triumvir,* A. 1747. (*Histor. Acad.* Vol XXI. p. 50 =55) *Mémoire sur l'histoire de la division de l'empire d'Assyrie, et l'Epoque du premier Siége de Ninive.* 1747. (*Memor.* Vol. XXI. p. 1. =41.) *Vie de Scaurus, pour servir de Supplément aux Mémoires écrits par lui-même.* A. 1750. (*Memor.* Vol XXIV. p. 235. = 260) *Eclaircissement sur un Ouvrage de Salluste avec un essai d'explication suivie des Fragmens, qui nous en restent.* A. 1754. (*Memor.* Vol. XXV. p. 368. =391. *Second Mémoire sur la Monarchie de Ninive contenant l'histoire de Bel-Nimrod son fondateur.* A. 1755. (*Memor.* Vol. XXVII. p. 1. = 83.) |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | 83.) *Vie du Conful Philippus.* A 1757. (ibidem. p. 406. = 437.) *Defcription d'un vafe et de quatre Manufcrits nouvellement trouvés en Sibérie.* A. 1755. (*Memor. Literat.* XXX. p. 777. = 801.) *Le Periple de l' Euxin. Tel qu'on peut préfumer, que Sallufte l'avoit décrit, vers la fin du III. livre de fon hiftoire, retabli fur les fragmens qui nous en reftent, à l'aide des anciens Ecrivains, que Sallufte a pu confulter, et de ceux, qui ont eu fon ouvrage entre les mains.* A. 1762. (*Memor Liter.* Tom. XXXII. p. 627. = 649.) *Memoire fur l'Oracle de Dodone.* A. 1766. (*Memor. Literat.* Tom. XXXV. p. 89 = 133.) *Le Periple de l'Euxin; &c. feconde Partie. La Corde de l' Arc, formé par la côte méridionale, depuis le Bofphore de Thrace jufqu'à la Colchide.* (*Memor. Liter.* XXXV. p. 475. = 503.) *Troifième Partie. Le Bois de l'Arc, formé par les côtes feptentrionales de la Colchide, ou Bofphore de Thrace.* (Ibidem. p 504. = 538.) *La Seconde Guerre Servile, ou la Revolte de Spartacus, en Campanie. Fragmens de Sallufte, tirés des III. et IV. Livres de fon Hiftoire generale.* A. 1768. (*Memor. Liter.* Tom. XXXVII. p. 23 = 86.) Nat. 1709. = ⊖ 1777. *Eloge de Mr. de Broffes* par Mfr. *du Puy*, (*Hiftor. Acad. Reg. Paris.* Vol. XLII. p. 170 = 189.) & *Nouveau Dictionaire hiftorique* Tom. I. p. 561. voc. |
| | 1747. | *Fridericus Gottbilf* FREYTAG, *Friderici Gottbilf*, Rectoris Scholae Portenfis, quem Cl. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | Cl. *Ernesti* in *Narratione de Gesnero*, p. 308. 309. valde laudauit, Filius, Portensis, Senator, Historicus, & Bibliographus Numburgensis, a quo primum *Rhinocerota veterum Scriptorum monumentis descriptum, Lipsiae*, 1747. 8. tum *Analecta Litteraria de Libris rarioribus*, *Lipsiae*, 1750. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Aprili.* p. 239. = 244) porro *Oratorum ac Rhetorum Graecorum, quibus statuae honoris caussa positae fuerunt, Decadem, Lipsiae*, 1752. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1756. *Julio.* p. 425. = 428.) *Adparatum Litterarium, ubi Libri partim antiqui, partim rari recensentur*, collectum, Tomo I. 1752. Tomo II. 1753. & Tomo III. 1755. *Lipsiae.* 8. euulgato, (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Septembris* Parte II. p. 570. = 574.) & tandem *Specimen Historiae literatae, quo Virorum, Feminarumque* Μητροδιδάκτων *memoria* recolitur, *Lipsiae*, 1765. 8. accepimus. |
| *Francisco. I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Nat. 1723. = Θ. 1776. |
| | | v. *Hambergeri erudita Germania*, p. 195. ed. secundae, et *Meusels erster Nachtrag.* p. 69. 70. |
| | 1747. | *Ludovicus Godofredus* MOGEN, Giesensis Hassus, ICtus, & Historicus Giesensis, hoc anno Dissertationem *de Rege Romanorum*, *Giesae*, in vulgus prodire iussit. 4. |
| | | Nat. 1724. = Θ 1773. |
| | | v. *Hambergeri erudita Germania.* Sect. II. p. 269. ed. primae, & p. 478. 479. ed. secundae. |

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA.

*Principibus.* — *Francisco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

1747. *Johannes Fridericus* MVLDENER, Franckenhusa-Thuringus, ICtus, Historicus, & Numographus, hoc anno Narrationem de Coenobio, (*Historische Nachricht vom Kloster S. Georgi zu Franckenhausen*) dedit *Lipsiae*, 4.
Nat. 1715. = ⊖ 1766.
v. *Hambergeri erudita Germania,* Sect. II. p. 278, ed. primae.

1747. *Georgius Christianus* TAVBNERVS, Philologus Lycei Laubanensis in Lusatia, hoc anno *P. Ovidii Nasonis Fastorum Libros sex* recognovit, *notas maxime criticas tum aliorum, tum suas, itemque librorum singulorum descriptionem adjecit Laubae,* & *Lipsiae*, bienno vero post *Indicem in Fastos Ovidii Historico-Philologicum ad faciliorem operis intelligentiam & comparandam augendamque rerum Romanarum & linguae notitiam* accommodavit *Lipsiae*, & *Laubae.* 1749. 8. (*Nov. Act. Erudit.* 1753. *Julio.* p. 427. = 430)

1747. *Johannes Ludolphus* WALTHER*us*, Novemviro imperii Germanici Hanoverano a secretis, *Lexici Diplomatici*, *Abbreviationes Syllabarum & vocum in Diplomatibus & Codicibus a Saeculo octavo ad sextum decimum usque occurrentes* exponentis, auctor, cui tamen splendido operi non ipse, sed illustris *Joh. Henricus Jungius* praefatus est *Gottingae*, 1747. fol.

1747. *Johannes* SPENCIVS, Philologus & Archaeologus Londinensis, hoc anno elegantem

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | tem Commentarium de mutua veterum Poëtarum & artificum neceſſitudine vtilitateque, (*John Spence's Polymetis, or an Enquiry concerning the agrement between the Works of the Roman Poëts, and the remains of the antient Artiſts in ten Books.*) literis publicis conſignavit, *Londini*, 1747. fol. (v. *Nov. Act. Erudit.* 1751. *Novembri*, p. 615 = 636. |
| *Carolo* VII. *Bavaro.* 1743. = 1745. | | |
| | 1747. | *Johannes Daniel a* LENNEP, Leovardienſis Friſius, *Valckenaerii* diſcipulus, Philologus graecus, primum Groninganae, tum Franequeranae Academiae, cuius mortem immaturam deflent adhuc literae. Libri extant eius ſtudio et opera egregie exculti: *Coluthi raptus Helenae, graece & latine, cum notis Variorum. Accedunt eiusdem Animadverſionum Libri tres, tum in Coluthum, tum in nonnullos alios Auctores, Leovardiae*, 1747. 8. mai. (*Nov. Act. Erud.* 1748. *Julio.* p. 398. = 410.) *Oratio de Linguarum Analogia, ex analogicis mentis actionibus probata, Groningae*, 1752. 4. *Oratio de altitudine dictionis ſacrae Novi Teſtamenti ad excelſam Longini diſciplinam exacta, Groningae.* 1763. 4. poſt eius autem mortem in lucem exierunt: *Phalaridis Epiſtolae, quas latinas fecit, & interpoſitis Caroli Boyle notis, commentario illuſtravit Ioannes Daniel a Lennep. mortuo Lennepio, finem operi impoſuit, praefationem & adnotationes quasdam praefixit L. C. Valckenaer. Groningae.* 1777. 4. duobus codicibus, quorum poſterior continet *Richardi Bentleii Diſſertationem de Phalaridis, Themiſto-* |

 *clis*

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *clis*, *Socratis*, *Euripidis*, *aliorumque Epistolis*, *de Fabulis Aesopi*, *nec non eiusdem Bentleii Responsionem*, *qua Dissertationem de Epistolis Phalaridis* vindicavit *a censura Caroli Boyle*, *ex anglico in latinum sermonem* conversam a Lennepio, ibidem eod. Anno. vti etiam: I. *D. a Lennep in Analogiam Linguae Graecae*, *cui praemissa eiusdem viri docti Oratio de Linguarum Analogia.* sine anno & loco. (Traiecti ad Rhen. 1778.) 8. (v. *Bibliothecae Criticae* Pars IV. p. 123. 124. <br> Nat. 1724.=⊖ 1771. <br> v. *Ferdinandus Stoscbius*, in *Nova erudita Europa*, Part. IX. p. 219.= 224. — *L. C. Valckenaerius*, in Praefatione ad *Phalaridis Epistolas.* p. IV. et Auctor *Bibliothecae Criticae* Pars II. p. 74.75. |
| | 1748. | *Johannes Baptista* BIANCONI, Philologus Instituti Bononiensis, hoc anno *de antiquis literis Hebraeorum*, *& Graecorum*, libellum *Bononiae* emisit, 4. (v. *Nov. Act. Erud.* 1750. *Septembris* Part. I. p. 520. =524.) alteram fortassis editionem Anni 1763. sub oculis habuit *J. J. Björnståhl*, in *Itinere*, Part. II. p. 207. |
| | 1748. | *Franciscus Maria* BONADA, Clericus regularis Scholarum Piarum, & Rhetor Collegii vrbani de propaganda fide, item Archaeologus Romanus, hoc anno *Orationem in comitiis generalibus Clericorum Regularium Scholarum Piarum* habuit *Romae*, 1748. 4. editam. tum *Carmina ex antiquis Lapidibus*, *Dissertationibus ac Notis* illustravit |

| SAEC. XVIII | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | vit, duobus codicibus, quorum prior *Romae*, 1751. alter ibidem, 1753. 4. in lucem exiit. In aliis exemplis alia cernitur libri Epigraphe: *Anthologia, seu Collectio omnium veterum Inscriptionum poëticarum, tam Graecarum, quam Latinarum, quarum I. est Deorum & Dearum. II. Augustorum. & Regum.* III. *Virorum Nobilium.* IV. *Virorum bello illustrium.* V. *Virorum Feminarumque doctrina illustrium.* VI. *Virorum & vxorum.* VIII. *Ingenuorum iuvenum, & infantium.* VIII. *Puellarum.* IX. *Libertorum Libertarumque.* X. *Christianorum, praeposita singulis Classibus dissertatione ac notis, cuique inscriptioni insertis. Romae* 1751. 4. Sed vnus idemque est liber. Nat. 1706 = ⊖. 1755. vid. *Io. Maria Mazzuchelli, Gli Scrittori d' Italia.* Vol. II. Part. III. voc. (Francesco Maria) *Bonada.* p. 1536. 1537. |
| | 1748. | *Thomas Maria* MAMACHI, ordinis Praedicatorum Theologus, Bibliothecae Casanatensis Praefectus, et Historicus Romanus, hoc anno *Ad Io. D. Mansium de ratione temporum Athanasianorum, deque aliquot Synodis IV. Seculo celebratis Epistolas* IV. scripsit *Romae*, 1748. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1750. *Augusto.* p. 449. = 453.) proximoque anno *Originum & Antiquitatum Christianarum Libros* XX. condere coepit Tomis IV. *Romae*, 1749. = 1752. 4. Tomum I. recognoverunt *Nov. Act. Erud. Supplementa* Tom. VIII. Sect. XII. p. 529. = 536. *Tomum III. Romae.* 1751. 4. |

| SAEC XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | 4. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Martii* Parte II. p. 187. = 192. *Tomum* IV. itidem *Nov. Act. Erudit.* 1758. *Novembri.* p. 625. = 634. *Epistolarum* eius ad *Iustinum Febronium*, de *ratione regendae Christianae reipublicae*, *deque legitima Romani Pontificis potestate, Liber primus & secundus* prodiit *Romae*, 1776. & 1777. 8. Cf. *I. I. Björnstähls Reize*, Part. II. p. 78. |
| | 1748. | *Johannes Baptista* PIRANESI*us*, tabularum radio fcribendarum artifex, & Architectus, cuius tabulas magno in pretio habitas effe auctor eft *J. J. Björnstähl*, in *Itineris* Parte II. p. 100. ed. *Batavae.* Splendida eius opera funt haec: *Antichità Romane de' tempi della Republica e de' primi Imperatori disegnate ed incise da Giambattista Piranesi*, *Parte I. Roma. presso l'Autore*, fol. obliquo, (1748.) *Opere Varie d'Architettura*, *Prospettiva*, *Groteschi*, *Antichità*, *inventate ed incise da Giambattista Piranesi. in Roma.* 1750. grandi folio. *La Magnificenza di Roma antica e moderna delineate*, *inventate*, *ed incise da Giambattista Piranesi*, *raccolte da Giovanni Bouchard*, *in Roma*, 1751. fol. grandi. *Della Magnificenza d'Architettura de Romani. in Roma*, 1761. (*Gazette Letterarie*, 1764. Decembr. p. 229. Tom. IV.) inprimis: *Lapides Capitolini*, *sive Fasti Consulares*, *Triumphalesque Romanorum*, *ab vrbe condita vsque ad Tiberium Caesarem: Notae*, *quae occurrunt in Fastis compendii causa antiquitus vsitatae: Triumphi Romanorum vsque ad Tiberium Caesarem: Index Consulum per praenomina.* In- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I. Carolo* VII. genero. | | *Index Consulum per cognomina, Romae.* 1762. *typis Generosi Salomoni*, Fol. atlantico. v. Praefatio mea ad *Jacobi van Vaassen Animadversionum ad Fastos sacros Fragmenta*, p. XXXV. XXXVI. ipseque *Vaassenius* hanc Fastorum editionem passim laudat, veluti L. I. C. II. §. 3. p. 47. &. p. 314. |
| 1745. = 1765. | 1748. | *Balthasar Maria* REMONDINUS, Zacynthi & Cephaleniae Episcopus, hoc anno *Sancti Marci, Monachi*, qui Saeculo V. floruit, *Sermones de Jeiunio, & de Melchisedech, qui deperditi putabantur*, evulgavit *Romae*, 4. |
| | 1748. | *Maurus* SARTIVS, Monachus Camaldulensis, *De antiqua Picentum civitate Cupra Montana Epistolam* scripsit, editione altera *recognitam & auctam Pisauri.* 1748. 8. (*Nov. Act. Erud. Januario*, p. 18. = 22.) |
| | 1748 | *Johannes Jacobus* BARTHELEMY, a quibusdam latine *Bartholomaeus* vocatur, Abbas, Regi Franciae a Museo Numario, Historicus, & Archaeologus Academiae regiae Parisiensis bonarum literarum, a quo has praeclarae eruditionis libros & disputationes nacti sumus: *Recherches sur le Pactole.* A. 1748. (in *Histor. Acad. Vol.* XXI. p. 19. = 25.) *Reflexions sur une Medaille de Xerxes, Roi d'Arsamosata*, A. 1747. (Memor. Vol. XXI. p. 404. = 420.) *Remarques sur une Inscription Grecque, trouvée par Mr. l'Abbé Fourmont* (Cf. *Onom.* Part. VI. p. 320.) *dans le Temple d'Apol.* |

*Principibus.* — *Francisco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765

*d'Apollon Amycléen, et contenant une Liste des Prêtresses de ce Dieu.* (*Memor. Liter.* Vol. XXIII. p. 394. = 421.) *Essai d'une Paléographie Numismatique.* A. 1750. (*Memor.* Lit. XXIV. p. 30. = 48.) *Dissertation sur deux Médailles Samaritaines d'Antigonus Roi de Judée.* A. 1749. (ibidem, p. 49. = 66.) *Remarques sur quelques Médailles publiées par différens Auteurs.* A. 1750. (*Memor. Lit.* Vol. XXVI. p. 532. = 576. cum fig.) *Reflexions sur l'Alphabet et sur la Langue dont on se servoit autrefois à Palmyre.* A. 1754. (Memor. XXVI. p. 577. = 597. cum fig.) quae ipsae Observationes sigillatim quoque, siue forma Atlantica, siue quadruplicata, descriptae sunt, *Parisiis*, 1754. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Octobri.* p. 623. = 630.) *Mémoire sur les anciens Monumens de Rome.* A. 1757. (*Memor.* Vol. XXVIII. p. 579. = 610.) *Reflexions sur quelques Monumens Phéniciens, et sur les Alphabets, qui en resultent.* A. 1758. (*Memor. Liter.* Vol. XXX. p. 405. = 427. cum fig.) quae disputatio in compendium missa esse videtur in libro *Guignesii*, cui titulus: *Mémoire, dans lequel on prouve, que les Chinois sont une Colonie d'Egyptienne, par Mr. de Guignes, avec un précis du Memoire de Msr. l'Abbé Barthelemy sur les Letres Pheniciens, Paris.* 1759. 8. — Porro: *l'Explication de la Mosaique de Palestrine.* A 1760. (ibidem p. 503. = 538. cum fig.) *Réflexions Génerales sur les rapports des Langues Egyptienne, Phenicienne, et Grecque.* A. 1763. (*Memor Liter.* Vol. XXXII. p. 212. = 233.)

*Re-*

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *Remarques sur quelques Médailles publiées par différens Auteurs.* A. 1761. (*Memor. Lit.* Vol. XXXII. p. 671. = 684.) *Explication d'un Bas Relief Egyptien, et de l'Inscription Phénicienne qui l'accompagne.* A. 1761. (*Memor. Lit.* Vol. XXXII. p. 725. = 738.) *Remarques sur le Nombre de Pièces, qu'on représentoit dans un même jours sur le Theatre d'Athênes.* A. 1770. (*Mem. Liter.* Vol. XXXIX. p. 172 = 184) *Remarques sur quelques Medailles de l'Empereur Antonin, frappées en Egypte.* A. 1775. (*Memor. Lit.* Vol. XLI. p. 501. = 522. cum fig.) v. *Jo. Matth. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 169. p. 185. & *Io. Nicolaus Niclas* ad eamdem, p. 170. p. 189. — Quam excelsa animi indole fuerit, apparet ex *I. I. Björnstählii* Itinere, Parte. I. p. 200. = 205. |
| | 1748. | *Carolus* Le BEAU, *Iohannis Ludovici*, (de quo supra VII. 100,) frater natu maior, Rhetor, Philologus, & Archaeologus Academiae Parisiensis, eique ab epistolis, quo tamen munere ob aetatis valetudinem se abdicavit A. 1773. successoremque habuit eruditiss. *Puteanum*, (Du Puy) duplici Diatribarum vel de numis restitutis, vel militia Romana, genere, multum laudis meruit, quarum omnium sigillatim haec estformula: *Premier Mémoire sur les Medailles Restituées.* A. 1748. (*Memor.* Vol. XXI. p 333. = 351.) *Second Memoire*, A. 1748. (ibidem, p. 352. = 370.) *Troisiéme Mémoire sur les Medailles de Restitution.* A. 1748. (ibidem p. 371. = 403.) *Quatrieme Memoire.* A. 1749. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765 | | 1749. (*Memor.* Vol. XXIV. p. 151. = 179.) *Cinquiéme Mémoire.* (ibidem. p. 180. = 202.) *Sixiéme & dernier Memoire.* A. 1750. (ibidem. p. 203. = 234.) *De la Legion Romaine* A. 1752. (*Mem.* XXV. p. 457. = 479.) *De la Legione Romaine Second Memoire.* (ibidem. p. 480. = 493.) *Troisiéme Memoire sur la legion Romaine. De l'origine de la Cavalerie légionaire et de l'Etat, dans lequel elle sufista jusqu'aux temps de Gracques.* A. 1752. (*Memoir. de Literat.* Vol. XXVIII. p. 1. = 34.) *Quatriéme Memoire &c. De l'état de la Cavalerie légionaire après les Gracques, & du mombre de Cavaliers que renferma la légion dans les temps différens.* A. 1753. (*Memor.* Vol. XXVIII. p. 35. = 68.) *Cinquiéme Memoire sur la Legion Romaine. Des diverses espéces de Soldats, & premiérement des Soldats pesamment armés.* (*Memor.* Tom. XXIX. p. 325. = 363) *Sixiéme Memoire &c. Des Troupes légeres.* (ibidem. p. 364. = 392.) *Septiéme Memoire &c. De la Coborte.* (ibidem. p. 392 = 420.) *Huitiéme Memoire sur la Légion Romaine. Du Manipule, & de ses Parties.* (*Memor. Literat.* Tom. XXXII. p. 279. = 308.) *Neuvieme Memoire sur la Legion Romaine. Des diverses parties de la Cavalerie légionaire.* (ibidem. Vol. XXXII. p. 309. = 317.) *Dixieme Memoire &c. De la maniére dont on levoit les Soldats pour composer la Legion.* (Ibidem. p. 318. = 354.) *Onxieme Mémoire sur la Legion Romaine. Des qualités requises pour le service Légionaire, & des causes qui en procuroient l'exemption. Me-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | (*Memor. Liter.* XXXV. p. 189. = 223.) *Douzieme Memoire &c. Du Serment Militaire.* (Ibidem. p. 224 = 245.) *Treizieme Memoire &c. Des Exercices Militaires.* (Ibidem. p 246. = 271.) *Quatorziéme Memoire &c. Des Enseignes.* (Ibidem. p. 277 = 308) *Quinziéme Mémoire sur la Legion Romaine. Des Officiers Généraux de la Legion.* (*Memor. Liter.* Vol. XXXVII. p. 112. = 145.) *Seiziéme Mémoire &c. Des Officiers, qui commendoient les diverses parties de la Légion.* (Ibidem. p. 146. = 175.) *Dix-Septiéme Mémoire &c. Des denominations & des fonctions diverses des Soldats, qui composoient la Legion.* (Ibidem. p. 176 = 221.) *Dix Huitieme Memoire &c. Des diverses sortes de personnes attachées au service de la Legion.* (Ibidem. p. 222. = 240.) *Dix-Neuviéme Memoire &c. Des Armes défensives du Soldat Légionaire.* (*Memor. Liter*, Vol. XXXIX p. 437. = 477.) *Vingtiéme Memoire &c. Des Armes Offensives.* A. 1770. (*Memor. Liter.* XXXIX. p. 478. = 505.) *Vingt-Uniéme Memoire, &c. Habillement du Fantasin Legionaire.* A. 1772. (Ibidem. p. 506. = 528.) *Vingt-Deuxiéme Mémoire &c. De l'Equipement du Cavalier légionaire, & de la fourniture des habits.* (Ibidem p. 529 = 548.) *Vingt-Troisiéme Mémoire sur la Legion Romaine. De la Nourriture du Soldat Légionaire.* A. 1774. (*Memor. Liter.* Vol. XLI. p. 129. = 181.) *Vingt-Quatriéme Mémoire, &c. De la Paye du Soldat Légionaire.* A. 1775. (*Memor. Lit.* Vol. XLI. p. 181. = 205.) *Vingt-Cinquiéme Mémoire, &c. Discipline de* |

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA.

*Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

*de la Legion.* A. 1776. (Ibidem. p. 206. = 241.) *Vingt Sixième Mémoire sur la Legion Romaine. Des Délits & des peines Militaires.* (*Memor. Lit.* Vol. XLII. p. 253. = 285.) Ceterum Hiſtoriam imperii Romani inferioris aevi, (*Hiſtoire du Bas-Empire*,) duobus & viginti codicibus abſolutum, condidit *Pariſiis.* 1757. = 1781. 8.

Nat. 1709. = ⊖. 1778.

*Eloge de Mr. le Beau*, par Mr. *Du Puy.* (*Hiſtor. Acad. Inſcript.* Vol. XLII. p. 190. = 207.) — *I. I. Björnſtäls Reizen*, Part. I. p. 10. = 12. ed. Batav.

1748. . . . . . DARTHENAY, Archaeologus, ſcripſit commentariolum de reperto nuper Herculaneo, (*Memoire ſur la Ville Souterraine, decouverte au pied du Mont Veſuve.*) qui non modo ſecundum exemplar Pariſienſe, *Gottingae*, 1748. 4. & in *Muſeo Helvetico*, Parte XI. p. 445. repetitus, ſed etiam in etruſcum & theotiſcum ſermonem converſus eſt. Etruſcam interpretationem exhibet *Calogera*, in *Opuſculis ſcientificis*, Tom. XLI. p. 1. = 68. & *Ant. Franc. Gorius*, in *Symbolis Literariis.* Vol. II. Romae 1751. 8. p. 1. = 53. Theotiſcam vero dedit *Ioh. Petrus Eberhard*, *Erfurti*, & *Lipſiae*, 1749. 8.

1748. *Julianus Offray De La* METTRIE, (quem *Io. Matthi. Gesnerus* ſaepe DEMETRIVM latine vocavit, veluti ad *Iſagogen* §. 876. p. 209. & §. 902. p. 238. Tom. II.) Fano S. Maclovii (St. Malos) or-

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | ortus, Medicus, & audax Philosophaster, mox Leidensis, mox Berolinensis, hoc anno Medicos satirico perfricuit sale, in libro, cui titulus: *Penelope, ou le Machiavel en Medecine*, 12. tribus codicibus. Opera eius Philosophica, (*Oeuvres Philosophiques*,) in quibus est Homo machina, (*l'Homme Machine*,) iunctim prodierunt *Berolini*, 1752. 4. & 12. Nat. 1709. = ⊖ 1751. vid. *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. IV. p. 520. = 522. voc. |
| | 1748. | *Fridericus* BOERNERVS, Biographus Medicorum, hoc anno Vitas & Scripta excellentium hodie Medicorum commemoravit. (*Nachrichten von den vornehmsten Lebens Umstaenden und Schriften ietzt lebender berühmter Aertzte, und Naturforscher, in und um Deutschland. Wolfenbüttel.* 1748. = 1764. 8. tribus codicibus. |
| | 1748. | *Christianus* CRUSIUS, Wolbacensis Variscus, Historicae primum Classis in Academia Petropolitana socius, deinceps Rhetor, & Philologus Academiae Vitembergensis, hoc anno *Commentarium de originibus pecuniae a pecore ante nummum signatum*, simul cum *Oratione, habita in conventu Academico, cum auspicaretur munus Professoris, Petropoli.* 8. evulgavit. de quo vid. *Nov. Act. Erud.* 1749. *Julio* mense, p. 423. = 432. tum *Probabilia* sua *Critica Lipsiae*, 1753. 8. hominibus eruditis persuadere studuit. *Opuscula* vero eius *ad historiam & humanitatis literas spectantia* col- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | collegit & praefatus eſt *Chriſtian. Adolph. Klotzius. Altenburgi* 1767. 8. Nat. 1715. = ⊖ 1767. vid. *Hambergeri Germania erudita.* Part. I. p. 73. ed. primae. — *C. A. Klotzius*, in Praefatione ad eius *Opuscula*, indeque *Th. Chr. Harleſius*, in *Vitis Philologorum*, Part. IV. p. 32. = 57. |
| *Franciſco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1748. | *Johannes Davides* HEILMANNVS, Oſnabrugenſis, Theologus elegans, Philologus, & Philoſophus primum Halenſis, tum Scholae Oſnabrugenſis, tandem Academiae Gottingenſis, hoc anno *Specimen Obſervationum quarumdam ad illuſtrationem Novi Teſtamenti ex profanis pertinentium, Halae.* 4. dedit, mox pluribus aliis ſcriptorum argumentis, qualis futurus eſſet, ſi diutius vixiſſet, oſtendit. Eius *Orationem Gottingae* 1758. habitam *de commodis, ex ſacrarum literarum ſtudio ad philoſophiam redundantibus* laudat & *valde doctam* vocat *Geſnerus*, ad *Iſagogen*, § 466. p. 382. Tom. I. *Thucydidis* de bello Peloponneſiaco libros, quos de graecis theotiſcos fecerat, multiſque obſervationibus criticis illuſtraverat, *Lemgoviae*, 1759. 8. in compendium miſerunt *Nov. Act. Erud.* 1760. *Januario*, p. 43 = 48. Eius Programma *de ſenſu, quem dicunt, morali, eiuſque in morum doctrina vero pretio, Gottingae*, 1759. *pulcherrimum* eſſe cenſet *Io. Nicolaus Niclas*, ad *Geſneri Iſagogen*, § 1266. p. 501. Tom. II. ſummoque iure Cl. *M. Tydemannus* nuper typis repetendum curavit in *Syntagmate Diſſertationum.* p. 65. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | 65.=100. *Compendium Theologiae Dogmaticae. Gottingae*, 1761. 8. meritis profecutus eſt laudibus Clar. *Io. Aug. Erneſti*, in *Bibliotheca Theologica Nova*, Tom. III. Part I. n. IV. p 55.=66. *Opuſcula* vero eius in corpuſculum quoddam redegit *Erneſt. Jacob. Danovius*, ſimilis eruditionis Theologus Jenenſis, ſed infelix. *Jenae*. 1774. & 1778. 8. |
| *Franciſco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Nat. 1727.=⊖. nondum quadragenarius 1764. |
| | | Vid. omnino eius Laudatio ap. *Chriſt. Adolph. Klotzium*, in Actis Litterariis, Vol. I. P. II. p. 232 =241. indeque apud *Theophil. Chriſtoph. Harleſium*, V. C. in *Vitis Philologorum noſtra aetate clariſſimorum. Volumine ſecundo*, p. 43.=63. item *Memoria Ioannis Davidis Heilmanni*, *nomine Academiae Georgiae Auguſtae ſcripta a Chriſtiano Gottlieb Heyne*, *Gottingae*, 1764. fol. quae non ſolum recuſa eſt typis, in calce *Voluminis* alterius *Opuſculorum Heilmanni*, a *Danovio* digeſtorum, Ienae, 1778. 8 p. 571.=604. ſed etiam in *Samuel. Murſinnae Biographia ſelecta*, Vol. I. *Halae Magdeb.* 1782. 8. p. 109.=130. Addatur *Joh. Steph. Putteri Specimen Hiſtoriae Literatiae Academiae Gottingenſis*, p. 37.=39. |
| | circa 1748. | *Jacobus* GEDDESIVS, Tweedalienſis Scotus, Rhetor, & Philologus Glaſcovienſis, cuius eſt Periculum diſputationis de commentatione & dictione veterum, praeſertim Platonis, *Glasguae*. 1748. 8. (vid. ſupra *Onomaſt.* Part. I. p. 64. f.) |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1748. | *Johannes* HESKIN, aedis Chriſti ſocius Oxonienſis, hoc anno *Bionis Smyrnaei, et Moſchi Syracuſani, quae ſuperſunt, notis* illuſtravit *Oxonii,* 1748. 8. mai. de qua editione vid. *Nov. Act. Erudit.* 1753. *Decembri*, p. 685.=688. |
| | 1748. | *Abrahamus* PERRENOT, Neocomo-Helveticus, (ita nomen ſuum in Academiae noſtrae tabulis ſignavit,) ICtus, Philologus, & Philoſophus, primum Culemburgenſis, tum Haganus, Principi quippe Arauſiaco a conſilii et rationum commentariis, hoc anno *Hadriani Relandi Poëmata, quae hactenus reperiri potuerant*, curavit, *Trai. Rhen.* 8. mai. ( *Nov. Act. Erudit.* 1751. *Martii* Part. II. p. 190.=192.) eodemque anno non modo ſcripta Diſſertatione *de prohibenda in vrbe & templis ſepultura, Traiecti Rhen.* 4. ſummos in Iure honores Academicos meruit, ſed etiam Genethliaco carmine diem natalem Principis noſtri *Guilielmi Caroli Henrici Friſonis* celebravit *Trai. Rhen.* 1748 4. poſtea, quantumvis longe aliis, et quidem comitis rerum privatarum Principis Arauſiaci negotiis immerſus eſſet, tamen de literis et Iurisprudentia cogitare non intermiſit. Ita *Orationem* meam *aditialem* de *Artium Graecarum Romanarumque iudicio hodie regundo*, A. 1755. verſibus ornare ipſi placuit: tum *Theologi,* (h. e. *Hermanni Venemae,*) *ac Iuriſconſulti*, (i. e. A. Perrenot) *de Diſciplina Eccleſiaſtica recentes Commentationes*, cum *I. H. Meſtraei pro Syſtemate ſuo diſciplinae Eccleſiaſticae reſponſione* vno libri vinculo com- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* —— *Francisco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | complexus est *Traiecti. Rhen.* 1774. 8. proximoque anno *Fasciculum primum Exercitationum* emisit, *quarum prior est de prohibenda in vrbe & templis sepultura: altera de patria potestate apud Romanos legibus non soluta*, vna cum *Selectis Dissertationis Hofmannianae, Groningae, & Traiecti*, 1775. 8. Ad extremum qualem *Grotiani* operis *de Iure Belli & Pacis* interpretem esse voluerit, supra iam memini me indicare, *Onom.* Part. IV. p 103. Nat. 1726. = ⊖ 1784. |
| | 1749. | *Gabriel Lancillotus* CASTELLVS, Panormitanus, Princeps Turrismutii (*Principe di Torremuzza, Marchese della Motta, e di Capizzi, Conte in Gagliano,*) Philologus, & Archaeologus, *rarum hoc aevo & insigne literarum decus*, vt *Jac. Vaassenio* iure vocatur, in *Animadversionum Fragmentis, ad Fastos sacros*, p. 339. hoc anno, de statua marmorea in ruinis veteris *Alesae*, Siciliae oppidi, reperta disseruit, (*Dissertazione sopra una statua scoperta in Aleza, e Idea di una Raccolta delle Antichità di Sicilia,*) *Panormi*, 4. (*Nov Act. Erud.* 1754. *Julio*, p. 427. = 432.) tum Historiam Alesae, (*Storia di Aleza, città di Sicilia,*) ibidem, 1753. 4. stilo persecutus est. Aliquot annis post, non tantum lapides Panormitanos digessit, & explicuit, (*Le Antiche Iscrizioni di Palermo raccolte, e spiegate. in Palermo.*) 1762. fol. sed etiam totius *Siciliae & obiacentium Insularum veterum Inscriptionum novam Collectionem* dedit, *Prolegomenis et Notis illustratam. Pa-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *normi*, 1769. fol. (v. *Nov Act. Erud.* 1770. *Augusto*, p. 343.=353 iterumque A. 1775. *Decembri.* p. 553.=560.) tandem variis Supplementis Siciliam Numismaticam Parutae emendauit, & auxit. *Alla Sicilia Numismatica di Filippo Paruta, publicata da Sigeb. Haverkampio. Correzioni et Aggiunta di Gabriele Lancilotto Castello, Prencipe di Torremuzza,* &c. in *Palermo*, 1770. 8. *Seconda Aggiunta al Paruta,* &c. 1771. *Terza Aggiunta al Paruta*, &c. 1772. *Quarta Aggiunta*, &c. 1773. *Quinta Aggiunta* &c. 1774. 8. vid. *P Burmannus* in Addendis ad *Anthologiae* Latinae Tomum II. p 681. |
| | 1749. | *Josephus* GARAMPI, Ariminensis, Historicus, hoc anno *De numo argenteo Benedicti III. Pontificis M. Dissertationem*, prodidit, *in qua plura ad Pontificiam historiam illustrandam & Ioannae Papissae fabulam refellendam proferuntur. Accedunt numi aliquot Romanorum Pontificum hactenus inediti, et Appendix veterum Monumentorum, Romae*, 1749. 4. (*Nov Act. Erud.* 1755. *Junii* Parte I. p. 328.=334. |
| | circa 1749. | *Vincentius* GAVDIVS, (vulgo *Gaudio*,) Nobilis Neapolitanus, ICtus, & Philologus olim Academiae Neapolitanae, postea, relicto pontificiorum cultu, egressus patria, mox apud Gottingenses, mox Giessenses, doctoris publici personam egit, tandem in Batavos abiens Amstelaedami haesit, vbi impietatis, saltem maledicentiae in magistratus, & sacerdotes, accusatus, ergastuli poenam subiisse, phreneticusque euasisse |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | ſiſſe dicitnr. Quamdiu in Germanis verſabatur, haud protritae eruditionis argumenta edidit, tamquam *Gottingae*, *Scelta*, h. e. Chreſtomathiam optimorum Italici ſermonis auctorum, a *Io. Matthi. Geſnero,* ad Iſagogen, §. 173. p. 195. 196. & §. 180. p. 201. laudatam. Sic alicubi indicatum eſſe memini eius librum: *Nouvelle decouverte dans l'Hiſtoire literaire ſur Polybe, par Mr. Gaudio. Berlin.* 1758. 8. Magis innotuit *Vincentii Gaudii, I. V. D. & antehac apud Neapolitanos Profesſoris, nunc vero apud Gieſſenſes cum ſalario publico doctoris legentis Diſſertatio ad Q. Horatium Flaccum, in qua vexatiſſimi loci ex arte Poëtica, vs.* 128. = 130. *noua traditur interpretatio, & iura illuſtrantur. Laubaci in Wetteravia, typis Franciſci Maximiliani Hildebrandi,* 1760. 8. |
| | | vid. *C. A. Heumannus*, in fine *Conſpectus Hiſtoriae Literariae*, p 500. — *I. I. Björnſtäbls Reize*, Part. V. p. 429. |
| | 1748. | *Petrus* LAZARI, Sacerdos Ieſuita, Hiſtoricus Collegii Romani, cuius ſunt hoc anno *Diſſertationes ſelectae, ex Hiſtoria Eccleſiaſtica de Perſecutionibus, in Eccleſia excitatis, aevo Apoſtolico. Romae*, 1749. 4. (*Nov. Act. Erudit.* 1755. *Auguſto.* p. 465. = 467.) An idem ſit, atque *Petrus Lazeri*, itidem Ieſuita, cuius eſt de Conſecratione Panthei libellus Etruſcus: (*Della Conſecrazione del Panteon fatta da Bonifazio IV. Diſcorſo.* in *Roma*, 1749. 4.) et ex cuius *Tomo II. Miſcellaneorum ex MSc. Libris Bibliothecae Collegii Romani Societatis Ieſu*, |

 quae

| SAEC XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. | | quae non vidi, Orationum Muretianarum Fragmenta ſe excerpſiſſe ſcribit Cl. *Rubnkenius*, in Praefatione ad Tom. IV. *Operum Mureti*, p. XVI. ex contentione certe ſuperiorum librorum, qui penes me ſunt, ſuſpicari quidem, ſed definire mihi non licet. Differunt literarum a et e ſcriptura, munere, et ſacris conveniunt. |
| 1745. = 1765. | 1749. | *Auguſtus Ludovicus* BERTIN *de Blagny*, ab hoc anno Hiſtoricus & Philologus Academiae bonarum artium Pariſienſis, cui exhibuit *Reflexions ſur la Venalité des Charges en France*, A. 1750. (*Hiſtor. Acad.* Vol. XXIII. p. 278. = 283.) & *Diſſertation ſur les Baillages Royaux.* A. 1749. (*Memor. Liter.* Vol. XXIV. p. 737. = 753. |
| | 1749. | *Johannes* CAPPERONNERIVS, Mondidienſis Picardus, *Claudii Capperonnerii*, (VI. 379.) fratris filius, Philologus Graecus Collegii regii Pariſienſis, Regi Franciae a Bibliotheeae cuſtodia, et ab hoc anno Academiae bonarum literarum Pariſienſis ſocius. Harum autem diſputationum participes fecit collegas ſuos: *Recherches ſur l'hiſtoire & l'Eſclavage des Hilotes.* A. 1749. (Memor. Lit. Vol. XXIII. p. 271. = 285.) *Obſervations ſur l'Ouvrage de Denys d'Halicarnaſſe, intitulé* περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος, *où de l'Excellence de l'elocution de Demoſthene.* (*Memor.* XXIV. p. 1. = 29.) *Memoire ſur Pérégrin Le Cynique.* A. 1752. (*Memor.* Vol. XXVIII. p. 69. = 84.) Quas in *Sophoclem* moriens reliquerat ſchedas |

SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA.

*Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

das (vid. *Biblioth. Crit. Part.* III. 109. & 110.) earum poſt mortem curam ſuſcepit *Johannes Franciſcus Vauvillerius*, (*Vauvilliers*) regius Lector, & Graecae Linguae Profeſſor, editione huius Tragici divulgata *Pariſiis*, 1781. 4. duobus codicibus. (vid. *Bibliothec. Criticae.* Pars VI. p 38. = 55.)

Nat. 1716. = ☉ 1775.

vid. *Eloge de Mr. Capperonier*, par *Mſr. Du Puy.* (*Hiſtor. Acad. Inſcript.* Vol. XL. p. 243. = 254. — Cf. *I. I. Björnſtähl Iter.* Part. I. p. 12. 13. ed. Bat.

1749. *Auguſtinus* ALDENBRVK, Sacerdos Jeſuita, Archaeologus Colonienſis, hoc anno *De religione antiquorum Vbiorum Diſſertationem Hiſtorico — Mythologicam, qua ex puriſſimis fontibus, monumentis, lapidibus, Nummis, eorum ſacra, Dii, Deae, ritus, cerimoniae, diducta paucis explicantur, auctiorem emendatioremque* iterum prodire iuſſit *Coloniae Auguſtae Agrippinenſium*, 1749. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1754. *Octobri*, p. 620. = 624.)

vid. *Henr. Cannegieterus* de *Gemma Bentinckiana*, & *Dea Buronina*, p. 58. — *Hambergeri erudita Germania*, p. 10. ed. tertiae, ſive, p. 19. Part. I. ed. quartae.

1749. *Johannes Gottlob* BOEHMIVS, Wurtzenſis Miſnicus, *Joh. Jacobi*, et *Godofredi Maſcoviorum* diſcipulus, Hiſtoricus, & carminum ſcriptor Academiae Lipſienſis, hoc anno *de Iſide, Suevis olim culta*, duplici Diſſertatione, *Lipſiae*, 4. egit, deinde muneris ſibi publice mandati memor varia evulgavit

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | vit scripta, digna eius ingenio & persona, tanquam, vt his duntaxat vtar exemplis: *De origine vera Rutae Saxonicae* Librum singularem, *Lipsiae*, 1756. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Septembris* Part. I. p. 523. =526.) *Poëmata*, *Brunsvigae*, 1757. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Octobri*, p. 631. 632.) *De pedum deosculatione*, *Imperatoribus Romanorum quondam praestito*, *Exercitationem Academicam*, *Lipsiae*. 1757. 4. (*Nov. Act. Erudit.* 1757. *Decembri*. p. 700. =704.) *De Viti Beringii Historia Obsidionis Hafniensis* ανεκδοτον *litterarium*, *ex Joh. Henr. Boecleri Epistolis ineditis* &c. in *Novis Act. Erud.* 1758. *Martii* Part. II. p. 171.=178. *De Augustino Olomucensi*, *& patera eius aurea in Numophylacio Electoris Saxonici asservata* Commentariolum, cum *paterae delineatione adornata a Guil. Ernesto Tentzelio*, *Dresdae*, & *Lipsiae*; 1758. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1759. *Sept.* Part. I. p. 514.= 524.) *Epitomen rerum Germanicarum*, *ab A.* 1617.= 1648. ab ipso recognitam, cui adnotationes adspersit *Lipsiae*, 1759. 12. (*Nov. Act. Erud.* 1761. *Aprili*, p. 174.=187.) *Vitam Gustavi Adolphi*, *magni regis Sveciae*, *a Walthero Hartio*, *anglico sermone primum descriptam*, *& in linguam patriam conversam a Georg. Henrico Martini*, *Praefatione*, *variisque animadversionibus* auctam, *Lipsiae*, 1760. & 1761. duobus codicibus. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1761. *Febr.* p. 56=63. *Septembris* Parte II. p. 461.=475. *Octobri*. p. 500. =510. *Decembri*. p. 571.=576. et A. 1762. *Martii*. Part. II. p. 135.= 141.) *Acta Pacis* |

| SAEC. XVIII | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *cis Olivensis inedita: Tomum* I. *in quo Joachimi Pastorii ab Hirtenberg Aurora pacis! Diarium Pacificationis e bibliotheca Zalusciana nunc primum prolatum, Oliva Pacis continentur*, recognitum, et illustratum *Tabulis publicis, & Observationibus, Vratislaviae*, 1763. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1763. *Maio.* p. 233. = 240.) *Tomum* II. *in quo Diaria Suevicum, Danicum, Curonicum e Tabulariis & Bibliothecis nunc primum prolata continentur. Vratislauiae.* 1766. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1769. *Augusto*, p. 359. = 369) et *Enumerationem editionum Commentariorum Io. Sleidani de Statu Religionis & rei publicae Carolo V. Caesare, quae desiderantur a Io. Gottlob Boehmio*, in *Nov. Act. Erudit.* 1773. *Augusto.* p. 378. = 382. Nat. 1717. = ⊖ 1780 Vid. *Hambergeri erudita Germania*, Part. I. p. 35. f. ed. primae, vel p. 61. cum *Meuselii* Supplemento, p. 21. ed. secundae. vel p 90. = 92. ed. tertiae, et p. 419. P. IV. ed. quartae. |
| | circa 1749. | *Fridericus* HASSELQUIST, Physicus, Botanicus, et Hodoeporicus Scriptor, hoc certe anno Iter in Palaestinam suscepit, post eius mortem in lucem editum: *Reise nach Palaestina in den Jaren* 1749 = 1752. *auf Befehl der Königin von Schweden, heraus gegeben von Carl Linnaeus. aus den Schwedischen übersetzt. Rostok.* 1762. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1762. *Martii* Part. I. p. 109. = 115.) ⊖ 1752. |

S Vid.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | Vid. *A. Haller. Biblioth. Botanic.* L. X. n. 1536. p. 403. Tom. II. |
| *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1749. | *Christianus Ludovicus* SCHEIDIVS, ICtus, Electori Hanoverano a Bibliotheca, et Historiographus, quem hoc anno citius inclaruisse vt negem, me inducunt *Godofredi Guilielmi Leibnitii Protogaea, siue de prima facie telluris. & antiquissimae Historiae vestigiis, in ipsis naturae monumentis, dissertatio* ab ipso edita *Gottingae*, 1749. 4. tametsi fatear, aliquantulum dubitationis mihi subortum esse, postquam in Praefatione p. XXII. (**) legeram, eum antea in *Hauniensi* Academia docuisse videri. Interim non parum ei gratiae debemus, quod nonnulla cum *Leibnitii*, tum *Eccardi* scripta ex illorum schedis promulgavit, tamquam: *Io. Georgii Eccardi de origine Germanorum, eorumque vetustissimis Coloniis, migrationibus, ac rebus gestis Libros duos*, cum Praefatione, *Goettingae*, 1750. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1756. *Aprili.* p. 198. = 208.) item: *Origines Guelficas, quibus potentissimae gentis primordia, magnitudo, variaque fortuna vsque ad Ottonem, quem vulgo Puerum dicunt, primum Brunsvicensium ac Luneburgensium Ducem ex aequalium Scriptorum testimoniis, instrumentis publicis, statuis, lapidibus, Gemmis, Sigillis, Numis, aliisque monumentis superstitibus deducuntur, & in compendio exhibentur. Opus praeeunte Godofredo Guilielmo Leibnitio, stilo Jo. Georgii Eccardi literis consignatum, postea a Jo. Daniele Grubero nouis probationibus instructum, variisque pernece-* |

*ces-*

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *cessariis castigatum animadversionibus*, & tandem *in lucem emissum a C. L. Scheidio*, *Serenissimae Familiae Guelficae a conscribenda Historia.* Tomo I. §. II. *Hanoverae*, typis excuso, 1750. & 1751. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1752. *Junii* Parte I. p. 289. = 307.) Tomo vero III. quo quae *ab Henrici Magnanimi obitu gens potentissima fata habuit . . recensentur*, *ex illustrium virorum God. Guil. Leibnitii*, *Io. Georg. Eccardi*, & *Io. Dan. Gruberi schedis edito Hanoverae*, 1752. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1754. *Novembri*, p. 625. = 639.) An ad eum pertineat vita C. L. Scheidii, in novissimis narrationibus de libris Iuridicis, cuius meminit *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1586. dicere non audeo. |
| | 1749. | *Eberhardus Henricus Daniel* STOSCHIVS, Liebenberga-Brandenburgicus, *Ferdinandi* frater, Theologus Calvinianus, & Historicus Academiae Viadrinae, hoc anno *De cura veteris Ecclesiae circa libros sacros N. T. Francofurti ad Viadrum*, 4. quaedam non protrita literis mandavit. Praeterea cum *Pauli Ernesti Jablonskii Institutiones Historiae Christianae* ibidem 1767. 8. persequeretur, suam simul nominis memoriam posteritati commendauit. Nat. 1716. = ⊖ 1781. vid. *Ferd. Stoschii Nova erudita Europa.* Part. IX. p. 30 = 60. — *Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 454. ed. primae, vel p. 767. ed. secundae, vel p. 1176. cum *Meuselii* Supplemento, p. 496. ed. tertiae. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1749. | *Johannes* ROSS, Philologus Anglo-Britannus, hoc anno *M. Tullii Ciceronis Epistolas ad Familiares Commentario anglico* illustravit *Cantabrigiae*. 8. duobus codicibus, cum figuris numorum, quam editionem Cl. *Ernesti* non vidisse videtur, quoniam in *Fabricii Bibliotheca Latina*, ed. Lipsiensis, p. 175. *notatam etiam*, inquit, *reperi editionem.* |
| | 1749. | *Adrianus* HERINGA, Medicus, & Criticus Leovardiensis, hoc anno exquisitae eruditionis *Observationum Criticarum* Libro singulari, *in quo passim veteres auctores, Graeci maxime, emendantur*, magnum in hac arte nomen sustinuit, *Leovardiae*, 1749. 8. Merito laudatur in *Nov. Act. Erud.* 1750. *Aprili.* p. 212. seq. atque summo iure *recti in his literis iudicii vir* dicitur Clar. *Ruhnkenio*, ad *Timaeum.* p. 169. ⊖ 1779. |
| | 1749. | *Gerardus* HORREVS, Petri F. similisque Patris Philologus Frisius, quem auctorem habent *Animadversiones sacrae, profanae, ad selecta Novi Foederis, Scriptorumque exterorum loca*, *Harlingae*. 1749. 8. earumque censuram egerunt Lipsienses in *Nov. Act. Erud.* 1750. *Februario* p. 69. = 73. |
| | 1750. | *Iohannes Petrus Franciscus* AGIVS de SOLDANIS, Maltensis, Archaeologus, & Philologus Romanus, hoc anno Maltensium sermonem eumdem esse, atque linguam |

olim

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | olim Punicam demonſtrare conatus eſt: *Della lingua Punica preſentemente uſata da Malteſi, li quali poſſono ſervire in lume all' antiqua lingua Etruſca* &c. item Grammaticas inſtitutiones eiusdem linguae Maltenſis addidit Romae, 1750. 4. (*Nov. Act. Eruditor.* 1756. *Septembris*, Parte I. p. 509. = 522.) quam opinionis ſuae levitatem periculo, in Poenuli Plautini interpretatione facto, corroborare ſtuduit, edito alio libro: *Annone Carthagineſe Romae*, 1757. 4. Sed eum vehementer falli, Maltenſesque hodie vulgo arabice, in vrbe vero etruſce loqui oſtendit *I. I. Björnſtåhl*, in *Itinere*, Part. I. p. 225. 226. ed. Batavae. |
| | 1750. | *Raymundus* BESOZZI, Hiſtoricus Romanus, cui debetur *La Storia della Baſilica di Santa Croce in Geruſalemme*, in *Roma*, 1750. 4. |
| | 1750. | *Stephanus* BORGIA, Patricius Romanus, Praefectus Collegio de Propaganda fide, Hiſtoricus, & Archaeologus, hoc anno typorum machinis deſcribi iuſſit *Monumento di Giovanni XVI. ſommo Pontifice illuſtrato*, *in Roma*, 1750. 8. tum alio librorum genere antiquitatis ſcientiae profuit, tanquam: *Breve Iſtoria dell' antica città di Tadino nell' Umbria, ed eſatta Relazione dell' vltime ricerche fatte ſulle ſue rovine*, in *Roma*, 1751. 8. quae repetita eſt in *Gorii Symbolis Literariis*. — *Diſſertatione ſopra un' antica Iſcrizione rinuenuta nell' Iſola di Malta nell' anno* 1749. *Fermo.* |

 1751.

| SAEC XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* | | 1751. et: *Diſſertazione Filologica ſopra un' antica Gemma intagliata*, in *Nuova Raccolta Calogerana*, Tom. III. a p. 415. vid. *Io. Maria Mazzuchelli*, *Gli Scrittori d' Italia*, Vol. II. Part. III. voc. (Stefano) *Borgia*. p. 1753.=1755. inprimis vero *Björnſtähl*, in Itinere Part. II. p. 36.=41. |
| *Franciſco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1750. | *Ludovicus* COLTELLINI, Cortonenſis, ICtus, & Archaeologus, hoc anno publici iuris fecit: *Due Ragionamenti del Dottore Lodovico Coltellini ſopra quattro ſuperbi Bronzi antichi, e due in ſpecie: un Cantelabro, una ſtatuetta Puerile con Inſcrizioni Etruſche molto particolari. in Venezia.* 8. cuius libelli quoque memoriam ſervavit *Calogera*, in *Opuſculis ſcientificis & philologicis* Tom. XXXIX. p. 207.=286. |
| | 1750. | *Sebaſtianus* DOLCI, Raguſinus, ordinis minorum S. Franciſci Sacerdos, & Philologus, hoc anno *Maximum Hieronymum, vitae ſuae Scriptorem, ſive de Moribus, doctrina, et rebus geſtis Hieronymi Commentarium, ex eius operibus decerptum*, dedit *Anconae*, 4. |
| | 1750. | *Bernardinus* MEZZADRI, tertii ordinis S. Franciſci Preſbyter, Hiſtoricus, & Archaeologus Romanus, hoc anno *Diſſertationes duas criticas hiſtoricas* in lucem emiſit, quarum *una de XXV. annis Romanae Petri Cathedrae adverſus Pagium, altera de Actis SS. Martyrum Coſmae & Damiani,* |

nec

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Franciſco.I.* | | *nec non de monumentis Baſilicae ipſis in vrbe erectis, Romae,* 1750. 4. (*Nov. Act. Erudit.* 1756. *Septembris* Parte I. p. 522. = 527.) |
| Caroli VI. genero. 1745. = | 1750. | *Pius Thomas* MILAS, Epiſcopus Stabienſis, & Hiſtoricus, hoc anno *De Stabiis, Stabiana Eccleſia, et Epiſcopis* narrationem inſtituit *Neapoli.* 4. (*Nov. Act. Erud.* 1755. *Martii* Parte I. p. 106. = 110.) |
| 1765. | 1750. | *Marcellus de* VENVTI, Marchio Cortonenſis, & Archaeologus, primitias monumentorum, e ruderibus Herculanenſibus reſurgentium, ſuperiori & hoc anno deſcripſit. (*Deſcrizione delle prime Scoperte dell' antica città d'Ercolano ritrovata vicino a Portici &c. diſteſa dal Cavaliere Marcheſe Dan Marcello de Venuti. aggiuntavi una Lettera ſcritta dal Sig. Card. Quirini al Sig. Geſner.* in *Venezia*, 1749. *e riſtampato* in *Londra.* 1750. 8. quem etiam *Venutum* & Anglo-Britannus quidam homo, & Germanus, vel anglice: *Deſcription of the firſt diſcoveries of the antient city of Herculaneum*, 8. vel theotiſce loqui iuſſit, in *Ausführliche Beſchreibung ſamt hinlänglicher Nachricht von Heracleia, oder Hercules-Stadt &c. Francofurti, et Lipſiae*, 1749. 8. |
| | 1750. | *Jacobus Georgius de* CHAUFFEPIé, (*Cofoplaeus*, vel reſpiciendo ad gentis eius origines Florentinas, ſi fides habenda eſt *I. I. Björnſtählio* in *Itin.* Part. V. p. 421. *Calvopiedius* latine dici poſſit,) Leovardien- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765 | | ensis, Theologus Calvinianus, Homileta Francicus Amstelaedamensis, & Historicus, hoc inprimis anno nominis sui memoriam consecratum ivit, novum, *Baelianique* aemulum, Lexicon Historicum condendo, (*Nouveau Dictionaire Historique et Critique pour servir de Supplement, ou de Continuation au Dictionaire historique & Critique de Mr. Pierre Bayle.*) *Amstelaedami*, 1750 = 1756 quatuor codicibus, fol. De Tomo I. & II. egerunt *Nov. Act. Erudit.* 1754. *Decembri.* p. 717 = 720. Nat. circa 1702. = ⊖ 1786. v. *Nova erudita Europa*, Part. XV. p. 629. = 640. |
| | 1750. | *Davides* CLEMENS, (vulgo: *Clement*,) multae lectionis et doctrinae Bibliographus, hoc anno *Bibliothecam*, rariorum librorum copia refertam aperire coepit (*Bibliotheque curieuse Historique et Critique, ou Catalogue raisonné de Livres difficiles à trouver, à Gottingue, Hannovre, et Leipsic.* 1750 = 1760 novem codicibus, 4. priorum Tomorum, primi & secundi, rationem reddiderunt *Nov. Act. Erudit.* 1752. *Maio*, p. 254. = 258. ita etiam *Specimen Bibliothecae Hispano Maiansianae, sive Ideam novi Catalogi Critici operum Scriptorum Hispanorum, quae habet in sua Bibliotheca Gregorius Maiansius*, ex suo *Museo* emisit, *Hanoverae*, 1753. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1756. *Aprili*, p. 235. = 239.) ⊖ 1760. |
| | circa 1750. | *Antonius Yves* GOGUETUS, Parisiensis, Se- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Senator illius vrbis, ICtus, Philologus, & Hiftoricus, auctor pulchri de origine legum, artium, & doctrinarum fcientiae libri, *De l'Origine des Loix, des Arts, & des fciences, et de leurs Progrés chez les anciens Peuples, à Paris*, 1758. 4. tribus codicibus, (*Nov. Act. Erud. Februario* 1759, p. 49. = 58.) quem de francico theotifcum fecit *Georg. Chrifto. Hambergerus.* (*Unterfuchungen von dem Urfprung der Gefetze, Künfte, und Wiffenfchaften, wie auch über ihren Wachsthum bei den alten Völkern, aus dem Frantzfiöfchen überfetzt, Lemgo.* 1760 = 1762. 4. 3. *Theile.* Nat. 1716. = ⊖. A. aetatis XLIII. 1758. Vid. *Nouveau Dictionaire Hiftorique*, Tom. III. voc. p. 279. 280. |
| | 1750. | *Petrus Johannes* MARIETTE, (quem *Chriftius* latine *Maretum* vocat,) Bibliopola, tabularum radio fcribendarum artifex, & Archaeologus Parifienfis, hoc anno publicavit *Traité des Pierres gravées. à Paris* 1750. fol. duobus codicibus, quorum prior exhibet Bibliothecam Dactyliographicam, docetque viam & rationem fcalpendi gemmas, alter duabus abfolvitur partibus. Prima Tabulas aeneas CXXXII. altera tab. CXXV. continet. (v. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Julio.* p. 385. = 394. cuius relationis auctor eft iudex valde idoneus *I. F. Chriftius*. ⊖ 1774. Petropoli. Vid. *Nouveau Dictionaire Hiftorique.* Tom. IV. voc. p. 385. f. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* — *Fran-cisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1750. | *Johannes Jacobus* RVSSAVIVS, (vulgo: *Rousseau,*) civis Genevensis, vitae hominum publicae privataeque, item artium bonarum Philosophus παράδοξος, hoc circiter anno ab Academiae Divionensis sociis ideo praemium tulerat, quod hanc quaestionem: an literarum instauratio ad morum emendationem multum conduxerit, omnium optime ipsis definivisse visus erat. Quae tamen Diatribe non vnius hominis ipsi contra dicentis invidiam conflavit. Quo spectat liber, in cujus fronte Promethei imago, cum Satyro, Promethei facem admirante, conspicitur: *Recueil de toutes les pieces, qui ont eté publiées à l'occasion du Discours de Mr. J. J. Rousseau sur cette question, proposée par l'Academie de Dijon pour le prix de l'année* 1750. *Si le retablissement des Sciences & des Arts a contribué à epurer les Moeurs.* Neque tamen cessavit postea cum in educationis, tum in dissimilitudinis hominum caussis mirabiliter philosophari. Quo referri debet eius *Discours sur l'origine & les fondemens de l'inegalité parmi les hommes, Amsterdam.* 1755. 8. a *Castillonio*, olim nostro, singulari libro: *Traité sur l'inegalité parmi les hommes* notatus. et: *Emile, ou de l'Education*, Ibidem 1762. 12. quatuor codicibus. Sic eiusdem libellus de pactione sociali, sive initiis civitatis. *Du contract social, ou Principes du droit Politique, à Amsterdam*, 1762. 8. de quo copiose egerunt Lipsienses, in *Nov. Act. Erud.* 1762. *Augusto.* p. 376.=400.) multa quidem bona, quae haud scio an tyrannidis fauto- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | toribus placere possint, sed multas etiam opiniones periculosas, cultuique Christiano inimicas continet. Vel sic tamen pleraque eius scripta tanta cupiditate & studio emta & lecta fuerunt, vt variis operum eius, vel vivo adhuc, vel mortuo auctore, opus esset editionibus, tanquam *Londinensi*, 1764. & 1774. duobus codicibus. *Genevensi* et *Neocomensi* 1782. 8. & 12. quatuor & viginti codicibus, inprimis vero *Londinensi*, 1776.=1783. 4. duodecim codicibus, cuius novem priores Tomi titulum praeferunt: *Oeuvres melées de Mr. Rousseau, de Geneve.* tres vero novissimi hac Epigraphe notati sunt: *Oeuvres Posthumes de J. J. Rousseau, citoyen de Geneve, Londres,* 1782, 1783. 4. Nat. 1712.= ⊖1778. d. 2. Jun. Imago eius depicta cernitur ante Operum eius Tomum I. Vid. *Tableau Philosophique de l'Esprit de Mr. Voltaire, Geneve,* 1771. 8. p. 1.=26. Eius ingenium & corporis formam descripsit *I. I. Björnstähl*, in *Itineris* Parte I. p. 127=131. vti etiam de praemio ab Academia Divionensi ipsi assignato, p. 157. tum de *Cogelio*, gente Sueco, qui Lugduni eum pinxerat, ibidem, p. 195. 196. & de numo, in honorem eius cuso, Part. V. p. 142. nonnulla singularia narravit. |
| | 1750. | *Renatus Prosper* TASSINVS (vulgo: *Tassins*,) Sacerdos Benedictinus Congregationis S. Mauri San-Germanensis, Philologus, & Historicus, primarius novi Operis Diplomatici auctor, quod magno |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero, 1745. = 1765. | | animo, iunctis tamen *Tustani* viribus, (v. supra p. 58.) hoc anno coepit, deinceps, socio naturae debitum persolvente, solus absolvit. Vid. Praefatio ad Tomum II. *Operis Diplomatici*, p.X. & Tom. VI. p. III. |
| | 1750. | *Antonius* TERRASSONVS, Ictus, causarum Patronus, & Philologus Parisiensis, hoc anno descripsit *Histoire de la Jurisprudence Romaine, contenant son origine et ses Progrès depuis la Fondation de Rome jusqu'à present* &c. *avec un Recueil de ce qui nous reste de Contrats, Testamens, et autres Actes iudiciaires des anciens Romains*, à Paris, 1750. fol. |
| | circa 1750. | . . . . . ARKENHOLTZ*ius*, Musei Hasso-Cassellani Praefectus, & Historicus, cuius nomen Commentarii Reginae Suecorum *Christinae* nobilitarunt. Eorum quippe talis fuit Epigraphe; *Mémoires concernant Christine, Reine de Suede, pour servir d'Eclaircissement à l'histoire de sou Regne, & principalement da la Vie privée, & aux Evenemens de l'histoire de son tems, civile & litteraire: contenant entre autres un Ouvrage de cette savante Princesse sur sa propre Vie: de meme qu'une courte narration de ce qui s'est passé depuis la mort de Gustave Adolphe son Pere, jusqu'au temps, qu'elle resigna la couronne* &c. *Amsteladami*, & *Lipsiae*, Tom. I. = IV. 1751. = 1760. & quibus in locis. Actorum Lipsiensium vel censura, vel epitome singulorum Codicum facta sit, iam supra *Onomast.* Part. IV. p. 394. indicavi. In varias quidem re- |

*Principibus.*

*Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

reprehensiones seu *Lud. Holbergii*, seu *Alemberti*, seu *Bellemontiae*, (Mad. de Beaumont) inciderunt hi Commentarii, sed eorum obtrectationes infirmauit, & diluit Arkenholtzius, epistolis quibusdam sigillatim editis, tum in Praefatione ad Tomum IV. Epistolarum vna aduersus *Holbergium* hunc praefert indicem: *Reponse à la Lettre de Msr. le Baron de Holberg concernans les Mémoires de la Reine Christine. à Cassel.* 1753. 8. alera huius est formulae: *Lettre à Msr. G . . . . .* (i. e. *Gesner*) *à l'occasion des Reflexions et des Anecdotes sur Christine Reine de Suede, par Msr. d'Alembert, Membre de l'Academie des Sciences de Paris, ou l'on expose, combien il est à craindre pour les interets de la verité, si les prejugés de certains Ecrivains modernes, & les modéles, qu'ils ont donné pour ecrire l'histoire, ont la vogue, & sont suivis: accompagnée de quelques Remarques sur le fameux ouvrage de l'Encyclopedie, dont le même Msr. d'Alembert est Directeur, & d'Eclaircissements sur ce qu'il a avancé dans ses Anecdotes de Christine. à Cassel.* 1754. 8. Multa etiam ad vitam & res gestas *Gustavi Adolphi* pertinentia ipsum collegisse demonstrat eius Regis Historia ab *Eleazare Mauvillonio* digesta; *Histoire de Gustave Adolphe, Roi de Suede, composée sur tout ce qui a puru de plus curieux, & sur un grand nombre de Manuscits, & principalement sur ceux de Mr. Arkenholtz, par M. D. M. . . . . (Msr. De Mauvillon,) Professeur. à Amsterdam.* 1764. 4. cum fig.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | Laudavit eum *Jo. Matthi. Gesnerus*, in *Cassellani Marmoris*, *quo continentur Hymni in Aesculapium*, *Hygeam*, *& Telesphorum*, *Explicatione. Gottingae*, 1753. p. 1. 2. |
| *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1750. | . . . . . *Baro de* BIELFELD, praeceptor Augusti Ferdinandi, Friderici II. Regis Borussorum fratris, prudentiae civilis scriptor, cuius primum liber de Germanorum progressione ad omnem doctrinarum laudem, (*Progrés des Allemands dans les Sciences*,) *Amstelaedami*, hoc anno 12. lucem aspexit (v. *Nov. Act. Erudit.* 1754. *Junii* Parte II. p. 369. = 377.) tum Institutiones Politicae, (*Institutions Politiques*) *Hagae Comitum*, 1760. vulgatae, tanta recentioris sapientiae & vitae elegantioris studiosos voluptate inescarunt, vt parum abesset, quin literae graecae latinaeue merum rus esse viderentur. Imago eius in limine Institutionum Politicarum depicta cernitur. |
| | 1750. | *Johannes Tobias* KOEHLERus, *Johannis Davidis* Filius, Altorfinus, Historicus Academiae Gottingensis, hoc anno edidit *Nachricht von den Leben und Schriften Wiguleius Hunds. Gottingen.* 4. Nat. 1720. = ⊖ 1768. vid. *Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 209. & Sect. III. p. 656. ed. primae. — *Putteri Histor, Liter. Acad. Gotting.* p. 195. f. |
| | 1750. | *Gotthold Ephraim* LESSINGius, Pasewalko-Pomeranus, Philologus, Poëta, Histori- |

cus

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|

*Principibus.* — *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

cus, & Archaeologus, mox Berolinensis, mox Guelferbytanus, quo in oppido duci Brunsuicensi a bibliotheca fuit. hoc anno feliciter inclarescere coepit promulgatis ad Historiam Theatri, supplementis, (*Beytraege zur Historie des Theaters*) *Stutgardiae*, 8. postea, ne quid dicam de Epigrammatibus, fabulisque eius Comicis, & Tragicis, suum certe ingenii acumen artisque Archaeologicae, & literarum scientiam quinque potissimum libris pereximie approbauit, primum *Laocoonte*, *Berolini*, 1766. 8. cuius prima duntaxat pars in lucem exiit, eademque sub examen vocata a *Christ Adolph. Klozio*, in *Actis Litterariis* Vol. III. Part. III. n. IV. p. 283. grauissimarum Literarum (*Briefe von Herrn Lessing, und Herrn Klotz, betreffend des ersten Lookoon, und des letztern Werk von alten geschnittenen Steinen*, 1768. 8.) item septem & quinquaginta aliarum Epistolarum, sub titulo: *Briefe antiquarischen Inhalts, erster und zweyter Theil*, *Berlin*, 1768. 1769. 8.) in *Klotzium* emissarùm, genitrix fuit: tum veterum simulacris Necrologicis, (*wie die alten den Tod gebildet*, *Berlin*, 1769. 8.) adhaec Berengario Turonensi, (*oder Ankündigung eines wichtigen Werkes desselben, wovon in der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel ein Manuscript befindlich, welches bisher unerkant geblieben. Braunsweig*, 1770. 4.) cuius rationem reddiderunt *Nova Act. Erudit.* 1770. *Julio* p. 320. = 328. porro scriptis Miscellaneis, (*Vermischte Schriften*, *Berlin*. 1771. 8.) quorum primam rursus duntaxat partem lu-

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
| --- | --- | --- |
| *Principibus.* — *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | lucem vidisse doleo, et tandem Analectis Historiae & Litteraturae, (*zur Geschichte und Litteratur aus den Schätzen der Hertzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel. erster und zweyter Beytrag Braunschweig* 1773. 8. *Dritter Beytrag*, 1774. *Vierder Beytrag*, 1776. 8. mai.) <br> Nat. 1729. = ⊖ 1781. <br> Icon eius ante Tomum XII. Bibliothecae communis theotiscae. <br> vid. *Georg. Christ. Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 232. Sect. III. p. 660. & Sect. IV. f. Supplem. II. p. 775. ed. primae, vel p. 408. ed. secundae, vel p. 637. 638. cum *Meuselii* Supplemento, p. 281. ed. tertiae. — *Christian Gottfried Schütz über Gotbold Ephraim Lessings Genie und Schriften in drey Akademischen Vorlesungen. Halle*, 1782. 8. — Epigrammata eius laudavit *Jo. Mathi. Gesnerus*, ad *Isagogen*, §. 268. p. 257. Tom. I. & libellum eius de veterum more pingendi mortem adversus Zeibichium defendit vir literatissimus, *Joann. Gottl. Schneiderus*, in *Periculo critico*, *in Anthologiam Constantini Cephalae*, p. 87. |
| | circa 1750. | *Georgius Christianus Maternus* de Cilano, Presburgensis Hungarus, Medicus, & Philologus Gymnasii regii Altonaviensis. <br> Nat. 1696. = ⊖ 1773. <br> Reliquit disputationes de antiquitate Romana, (*Ausführliche Abhandlung der Römischen Alterthümer*) quarum partem primam in ordinem digessit, & in vulgus emisit *Georgius Christianus Adlerus*, Euangelii praeco Altonaviensis, *Altonaviae*. 1775. 8. |

(v.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | v. *Allgemeine Deutsche Bibliothek*, Tom. XXVIII. Part. I. n. XII. p. 120. = 131.) |
| *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1750. | *Matthaeus* OESTERREICH, Hamburgensis, sculptor, tabularumque siue radio scriptarum, siue pictarum, aliorumque artis operum interpres, & Mystagogus, mox Dresenensis, mox Potsdamensis, hoc anno digessit, *Raccolta di XXIV. Caricature disegnate colla penna del celebre Cavalier Pietro Leone Ghezzi. Dresde.* fol Praeter alia similis argumenti & Graphidos monumenta, inprimis de Pinacotheca & Museo Archaeologico Regis Borussiae, quod per varios hortos, villarum porticus, & palatia fusum est, bene meruit, edita Descriptione Symplegmatum, Statuarum, Iconum, Anaglyphorum, Vasorum, &c. *Description & Explication des Groupes, Statues, Bustes, & Demi-Bustes, Bas Reliefs, Urnes et Vases de Marbre, de bronze, et de plomb, antiques &c. qui forment la Collection du Roi de Prusse, &c. à Berlin*, 1774. Vnde cognoscere mihi volupe est, quid olim e ditissima Cardinalis *Polignaci* supellectile illuc migrauerit. Cf. supra Pars VI. 173. 174. Nat. 1716. ⊖ 1778. vid. *Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 303. & Sect. III. p. 669. ed. primae: p. 533. et *Meuselii* Supplementum, p. 201. ed. secundae, & p. 827. ed. tertiae. |
| | 1750. | *Fridericus* PLATNERVS, *Johannis Zachariae*, (de quo VI. 276.) Filius, Lipsiensis, |

*Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

fis, ICtus, & Philologus eiufdem vrbis, hoc anno *Differtationem de vfu hodierno divifionis hominum in cives et peregrinos* fcripfit *Lipfiae*, 1750, 4. Eiufdem funt, *Commentarii Lipfienfes Litterarii*, Lipfiae, 1753. = 1755. qui haud fatis fcio, an cum Tomo fecundo defierint. item *Lanx Satura*, *Altenburgi*, 1758. 8. in qua praeter vitam *Io. Fr. Chriftii*, varia lectu iucunda, & Satirica occurrunt.

Nat. 1730. = ☉.

v. *Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 317. ed. primae.

1750. *Fridericus* REIFFENBERG*ius*, olim facerdos Iefuita Romanus, poftea Philologus & Hiftoricus, vt reor, Colonienfis, hoc anno fub nomine *Mirtisbi Sarpedonii*, *Paftoris Arcadis*, *de vera Atticorum pronunciatione ad Graecos intra vrbem* differuit, vbi *cum ex Hiftoria*, *tum ex veterum Graecorum Latinorumque teftimoniis oftenditur*, *quam longe hodierna Graecorum pronunciatio a veteri difcefferit*, *Romae*, 1750. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1752. Julio, p. 422. = 424. it. A. 1756. *Februario*, p. 89. = 93.) hunc vero illius libri auctorem effe manifefto apparet ex *Gregorii Placentinii* Praefatione ad *Commentarium Graecae Pronunciationis*, p. VIII. & XI. Eius Elogium *Scipionis Maffei* fupra indicatum eft *Onom.* Part. V. p. 507.

Nat. . . . . = ☉ 1764.

v. *Hambergeri Germania erudita*, p. 932. ed. tertiae.

*Jo-*

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1750. | *Johannes Georgius* RICHTERVS, Lipfienfis, *Iohannis Chriftophori*, cuius fuit *Mufeum Richterianum*, Lipfiae, 1748. fol. fplendide editum, Filius, Theologus, et Philologus eiusdem vrbis Academiae, hoc anno, *Artem Criticam Scripturae interpretem* effe fingulari libello Academico demonftravit, Lipfiae 4. Reliqua eius fcripta commemorare aliorum diligentia vetat. Nat. 1727. = ⊖ 1780. v. *Ferdin. Stofch.* in *Novae eruditae Europae* Parte XIII. p. 208. = 210. & *Hambergeri erudita Germania*, p. 618. ed. fecundae. vel p. 950. 951. & tertiae. |
| | 1750. | *Johannes Godofredus* WELLERVS, Lauenhaynenfis, Ephorus Cygnaeenfis Dioecefeos in Saxonia, Theologus, & Hiftoricus, hoc anno *Felicitatem vitae gratia divina fuffultae, ex Joh. X.* 12. defcripfit. *Cygneae*, 4. tum non mediocrem apud literarum ftudiofos gratiam iniit, edendo vetera omnis rerum memoriae documenta: *Altes aus allen Theilen der Gefchichte, oder alte Urkunden, alte Briefe, und Narichten von alten Büchern, mit Anmerkungen. Chemnitz*, 1760. = 1766. 8. (v. *Nov. Act. Erudit.* 1769. *Junio.* p. 275. = 288.) Cfer fupra *Onom.* Part. IV. p. 196. Nat. 1712. = ⊖ 1780. vid, *Hambergeri Germania erudita.* Sect. III. p. 513. f. it. Sect. IV. five Supplemento II. p. 847. ed. primae, vel p. 853. ed. fecundae, vel p. 1303. ed. tertiae, et p. 456. Part. IV. ed. quartae. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | circa 1750. | *Johannes* GRAY, Carminum fcriptor, & Hiftoricus Cantabrigienfis, qui fociatis *Guilielmi Guthrie*, et aliorum, operis Hiftoriae vniverfae corpus, in theotifcum poftea fermonem verfum, animadverfionibufque *Chriftian. Gottlieb Heynii* locupletatum, (*Lipfiae*, 1765. = 1785. 8.) adornauit. <br> Nat. 1716. = ⊝ 1771. |
| | 1750. | *Francifcus* WISE, Archaeologus numarius Oxonienfis hoc anno *Numorum antiquorum, fcriniis Bodleianis reconditorum Catalogum cum Commentario, Tabulis aeneis, & Appendice*, vulgavit *Oxonii, e theatro Scheldoniano*. fol. (vid, *Nov. Act. Erudit.* 1752, *Martii Parte* I. p. 97. = 106. |
| | 1750. | *Janus Andreas* HVLTMANus. Amftelaedamenfis, *Iodoci Schomakeri*, (de quo *Ioh. Chriftoph. Strodtmannus* in *Nova Erudita Europa*, Part. VII. p. 611. = 619.) gener, ICtus, Philologus, & Archaeologus Zutphanienfis, hoc anno eleganti *Diatriba Antiquario-Juridica de Servis binominibus ad* §. 1. *Inftit. de eo cui libertatis caufa bona addicuntur.* ICti honores Academicos meruit, *Lugduni Bat.* 4. Deinde fi quid otii a forenfibus & rerum civilium negotiis ipfi fuperfuit, id totum ad antiquitatis Epigraphicae ftudium contulit. Inde natum eft eius Periculum, *Effay fur les Infcriptions Topiques, & fur l'ancien nom de la ville d'Autun*, in Ephemeridibus, quae infcribuntur: *Bibliotheque Impartial*, 1753. Tom. VII. Part. I. Art. VII. p. 120. prae- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | praecipue vero *Miscellaneorum Epigraphicorum Liber singularis*, a socero eius *Jodoco Schomakero*, ICto, post eius mortem *Zutphaniae*, 1758. 8. foras emissus. ⊖ circa 1757. |
| | 1750. | *Johannes* LVLOFS, Zutphaniensis, ni fallor, Mathematicus, Astronomus, & Geographus Academiae Leidensis, hoc potissimum anno nominis sui memoriam consecratum ivit, elaborata Isagoge, ad Globi terrestris notitiam, (*Inleiding tot eene Natuur- en wiskundige Beschouwinge des Aard Kloots, te Leyden, en te Zutphen,* 1750. 4.) vid. *Relationes Gottingenses de Libris Novis, Fascic.* X. n. X. p. 470. =485. Eius quoque fuit *Oratio funebris in obitum Johannis van den Honert, T. H. Filii, Lugd. Bat.* 1758. 4. Nat. 1711. = ⊖ 1768. d. IV. Novembr. |
| | 1751. | *Josephus* CARAFA, Historicus Gymnasii Romani, hoc anno *De Gymnasio Romano, & de eius Professoribus ab vrbe condita vsque ad haec tempora, Libris duobus* egit, *quibus accedunt Catalogus Advocatorum sacri Consistorii, & Bullae ad ipsum Gymnasium spectantes, Romae.* 4. duobus codicibus. v. *Relationes de Libris Novis, Fasciculo* XIII. f. Vol. IV. Fasc. I. n. X. p. 189.=222. |
| | 1751. | *Daniel* FARLATVS, Presbyter Societatis Jesu, Historicus, *Philippi Riceputii Illyricum Sacrum* post eius mortem in ordinem coëgit, & *Ecclesiam Salonitanam* ab |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *ab eius exordio vſque ad Saeculum quartum aerae Chriſtianae*, deſcripſit *Venetiis*. 1751. *Fol.* (v. *Relationes de Libris Novis, Faſciculo*, X. n. XI. p. 486.=509. |
| *Francifco.I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1751. | *Jacobus* MVSELLIVS, Archaeologus Numarius Veronenſis, cui debentur *Numiſmata antiqua collecta & edita, Volumina* III. *Veronae*. 1751.fol.(*Nov. Act. Erudit.* 1754. *Maio.* p. 241.=249. auctore fortaſſis. *I. F. Chriſtio.* & *Relationes de Libris Novis. Faſcic.* VI. n. I. p. 289.= 310.) tum aliud Volumen, inſcriptum: *Antiquitatis Reliquiae, a Marchione Jacoco Muſellio collectae, tabulis inciſae, & brevibus explicationibus illuſtratae, Veronae*, 1756. fol. in quo Tomo non pauca ſunt Idola. tandem novum aliquod Volumen, quaſi trium ſuperiorum Supplementum. (de quo vid. *Nova literaria* in *Novis Act. Erudit.* 1762. p. 39.) |
| | 1751. | *Joſephus Maria* PANCRATIVS, (vulgo: *Pancrazi*) Clericus Regularis Teatinus, Patricius Cortonenſis, Sodalitatis Columbariae Florentiae Socius, Archaeologus, hoc anno in lucem protulit *Antichità Siciliane ſpiegate*, &c. in *Napoli*, 1751. fol. duobus codicibus. v. *Nov. Act. Erud.* 1754. *Martii* Parte I. p. 97.=101. & *P. Burmannum*, in *Praefatione* ad *D'Orvilii Sicula*, p. IX.=XV. & XXXII.= XXXVI. vnde etiam didici, virum egregie doctum iam circa A. 1764. fato functum eſſe. |

*Jo-*

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1751. | *Johannes Chrysostomus* TROMBELLI, Abbas S. Salvatoris & Philologus Bononiensis, hoc anno *Cypriani, Hilarii, aliorumque veterum Patrum Latinorum Opuscula, a Canonicis Regularibus S. Salvatoris nunc primum edita*, curavit *Bononiae*, 1751. 4. |
| | 1751. | *Thomas Stanislaus* VELASTI, ortu & natalibus Chius, Sacerdos Jesuita, & Philologus Romanus, hoc anno *Dissertationem de Literarum Graecarum pronunciatione* vulgauit *Romae*, 1751. 4. (v. *Nov. Act. Erud.* 1753. *Novembri.* p. 661. = 669.) |
| | 1751. | *Carolus* BVTTINGHAVSEN, Frankenthalensis, Theologus Calvinianus, & Historicus Academiae Heidelbergensis, hoc anno *Dissertationem de convenientia excommunicationis Judaicae cum vltimo iudicio*, in publicum emisit *Duisburgi*, 1751. 4. In ceteris eius scriptis, quae omnia recognoscere non est opus, potissimum eminent Supplementa & annotationes ad *Jo. Aventini Annales, Francof.* 1758. 8. item *Dissertatio de Jo. Aventini vitiis commissis, Heidelbergae*, 1761. 4. Nat. 1731. = 1786. vid. *Nova Erudita Europa, Part.* XIX. p. 652. = 663. — *Hambergeri Germania erudita*, p. 86. 87. & *Meuselii* Supplementum primum, p. 34. ed. secundae, vel p. 134. 135. ed. tertiae, vel p. 230. = 232. ed. quartae. — *Dominici Theophili Heddaei Oratio Inauguralis, de virtutibus & Meritis Theologorum Reformatorum, qui Seculo proxime elapso sapi-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *pientiae officinam luce collustrarunt, Heidelbergae,* 1786. 4. p. 39.=42. |
| *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1751. | *Johannes Eustachius* GOLDHAGEN, Nordhusanus, Philologus Scholae Magdeburgensis, hoc anno super corruptela, & emendatione temporum nonnulla theotisce philosophatus est, (*Betrachtung über die Verschlimmerung und Verbesserung der Zeiten. Nordhausen,* 1751. 4.) deinceps variorum scriptorum veterum, tanquam *Herodoti, Xenophontis, Pausaniae,* & *Anthologiae* latinae, haud scio, an vtilis interpres theotiscus, euasit. *Herodoteae* eius versionis, *Lemgoviae* 1756. 8. promulgatae, censuram dederunt *Nov. Acta Erudit.* 1760. Aprili. p. 216.=224.<br>Nat. 1701.= ⊖ 1772.<br>v. *Hambergeri Germania erudita,* Part. I. p. 126. & Part. III. p. 638. edit. primae. vel p. 233. ed. secundae. |
| | 1751. | *Lucas* Le GRAND, Basileensis, Philologus, & Philosophus illius Academiae, hoc anno *Observationes Philosophicas Miscellaneas* vulgauit, eiusdemque est Specimen *Observationum in Aeschyli Agamemnonem, Basileae,* 1778. 8. (v. *Bibliothec. Crit.* Vol. I. Part. III. p. 107. 108.)<br>Nat. 1735.= ⊖<br>v. Auctor *Athenarum Rauricarum,* in *Professoribus Logicae,* n. XXVII. p. 348. 349. |
| | 1751. | *Georgius Christophorus* HAMBERGERVS, Fuchtwangensis Onoldinus, Philologus, & |

*Principibus.*

*Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

& Bibliographus Academiae Gottingensis, hoc anno typis legendam exhibuit Diatriben *de ritibus, quos Romana Ecclesia a maioribus suis gentilibus in sua sacra transtulit, Gottingae*, 1751. 4. deinceps praeter Disputationem *de pretiis rerum apud veteres Romanos, Gottingae*, 1754. 4. mox tutae fidei Narrationes de praecipuis Scriptoribus (*Zuverlaessige Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern vom Anfang der welt, bis* 1500.) *Lemgoviae*. 1756.=1764. 8. quatuor partibus, eorumdemque Commentariorum Epitomen, (*Kurtze Nachrichten von den vornehmsten Schriftstelleren vor den* 16. *Jahrhundert in einen Auszug aus seinen grösseren Werke,*) *Lemgoviae*, 1766. 8. duobus codicibus digessit, porro Germania ipsi erudita debetur, (*Das Gelehrte Teutschland, oder Lexicon der ietztlebenden Teutschen Schriftsteller*; *Lemgo*. 1767. *Zweiter und Dritter Abschnitt Lemgo* 1768. *Erster Nachtrag zu dem Gelehrten Teutschland, Lemgo*. 1768. *Zweiter Nachtrag. Lemgo* 1770. 8.) quam non modo ipse auctiorem secunda editione in vulgus emisit, *Lemgoviae*, 1772. 8. sed *Johannes* quoque *Georgius Meuselius* addito Supplemento, ibidem, 1774. 8. tertiumque, eodem in oppido, 1776. & 1778. 8. & quartum denique ibidem *Lemgoviae*, iunctis duobus Analectis, (*erster und zweyter Nachtrag zu der vierten Ausgabe*) ita locupletavit 1783. = 1787. 8. sex codicibus, vt recentiores, quaeque editiones mortuorum nomina & scripta constanter

X     8.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | omitterent. Praeter haec, inquam, ſcripta viuus adhuc, *Orphei Argonautica*, *Hymnos*, *Libellum de Lapidibus & Fragmenta* a *Io. Matthi. Geſnero* recognita, eiusdemque obſervationibus illuſtrata, luce publica donavit, *Lipſiae.* 1764. 8. (v. *Nov. Act. Erudit.* 1767. *Martio*, & *Aprili*, p. 281. = 292.) Nat. 1726. = ⊖ 1773. vid. ipſe *Hambergerus* in *Germania erudita.* Part. I. p. 139. ed. primae. vel p. 260. 261. ed. ſecundae. — *Pütteri Hiſtoria Liter. Acad. Gottingenſis*, (*Verſuch einer Akademiſchen Gelehrtengeſchichte von der Georg-Auguſtus Vniverſitaet zu Göttingen*, 1765. 8.) p. 183. ſ. |
| | 1751. | *Chriſtianus Erneſtus* HANSSELMANNVS, ICtus, Principi Hohenloico a conſiliis, Hiſtoricus, & Archaeologus Oeringa-Hohenloicus, hoc anno ius maieſtatemque auſpiciorum, ſive, vt vulgus loqui ſolet, Superioritatem territorialem domus Hohenloicae demonſtravit, (*Diplomatiſcher Beweis, dasſ dem Hauſe Hohenlohe die Landeshoheit . . . nicht etwan in dem groſſen Interregno, oder nach ſolchen Zeiten, ſondern ſchon vorher zugekommen* &c.) *Norimbergae*, 1751. fol. (v. *Relationes de Libris Novis*, Faſcic. VI. n. III. p. 333. = 345.) eamque iuris publici cauſam duobus aliis libris vel illuſtravit, vel defendit, ſcilicet; *Vlterius illuſtrata & defeuſa Superioritate territoriali domus Hohenloicae, ante tempora ſic dicti Magni Interregni, cum Appen-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1751. | *pendice CCXXVI. fere ineditorum Documentorum, & tabula aenea Sigillorum. Norimbergae*, 1757. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1758. *Novembri.* p. 643. 644.) tum *Contemplatione a Davide Georgio Strubenio editae sic dictae irritae Demonstrationis Germanici imperii ordinum plenarii Iuris territorialis eminentis ante sic dictum Interregnum ad magis confirmandum A.* 1751. *in lucem editae Diplomaticae Demonstrationis, & A.* 1757. *insequentis, vlterius illustrati & adserti Iuris territorialis eminentis Domus Hohenloicae* &c. *Norimbergae.* 1762. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1762. *Martii* Parte. II. p. 121. = 125.) Inprimis vero quam mihi, olim Lipsiae agenti, antiquitatis & literarum scientiam suam colloquiis persuaserat, eamdem postea publice approbavit, libro theotisce scripto, cui titulus: *Beweis, wie weit der Römer Macht in die Ost-Fränkische und Hohenlöische Lande eingedrungen, aus denen bisher noch nicht bekant gewesenen Römischen Monumenten dargestellt. Schwaebisch Hall.* 1768, fol. cum Tab. aen. XVI. nec paucis lapidum antiquorum titulis. <br> Nat, . . . = ⊖ 1775. <br> vid. *Hambergeri Germania erudita*, Sect. I. p. 142. Sect IV. f. Supplem. II. p. 747. ed. primae. vel p. 263. ed. secundae. |
| | 1751. | *Isaacus* ISELINus, Basileensis, ICtus, Prudentiae civilis, Morumque doctrinae Philosophus: hoc anno *Tentamen Iuris publici Heluetici, Basileae*, publice legendum praebuit 1751. 4. Cetera eius scripta theotisci sunt oris. |

X 2 Nat.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Nat. . . . . = ⊖ 1782. vid. *Hambergeri Germania erudita*, p. 332. cum *Meuselii* Supplemento, p. 131. ed. secundae, vel p. 522. 523. & *Meuselii* Supplem. p. 235. ed. tertiae. — Ad eius Historiam et Ephemerides humanitatis (*Geschichte der Menschheit*, *Ephemeriden der Menschheit*,) respexit haud dubie, *Christ. Gottl. Heyne*, V. C. cum in *Opusculis Academicis*, *Vol.* I. p. 218. scriberet: *Iselini*, inquiens, *liber bonae frugis plenus, quo humanitatis fata exposita sunt: argumento tamen inchoato potius, quam absoluto.* |
| | 1751. | *Johannes Christianus* KALLius, Charlottenburgo-Berolinensis, Philologus Ebraeus, & Graecus Academiae Hafniensis, cuius haec sunt potissimum scripta: *In Cantici Deborae Commata* 10. *&* 11. *Dissertatio I. & II. Hafniae*, 1751. & 1752. 4. *Prodromus Examinis Criseos Houbigantianae, Hafniae.* 1763. 4. *Examen Criseos Houbigantianae in Codicem Ebraeum Specimen Primum, Hafniae*, 1764. 8. (v. *Commentarii de Libris minoribus*, *Bremae*, 1767. 8. Vol. I. Part. III. n. XC. p. 284. seq.) Nat. 1714. = ⊖ 1775. vid. *Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 193. ed. primae, vel p. 342. ed. secundae. |
| | 1751. | *Zacharias* RICHTERVS, Lipsiensis, ICtus, & Philologus eiusdem vrbis, hoc anno *Antiquitatum Romanarum perfectam scientiam sine literis Graecis esse non posse*, demonstravit, *Lipsiae*, 1751. 4. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* | | ⊖ 1766. vid. *Hambergeri Germania erudita*, Sect. II. p. 388. ed. prior. |
| *Fran-cisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1751. | *Johannes Gerardus Christianus* RVCKER*us*, Windshemio-Francus, ICtus, & Philologus primum Groninganae, tum ab A. 1760. Rheno-Traiectinae, hoc anno *Dissertationem* suam de Leg. 6. §, 1. Dig. *quemadmodum servitus amittatur*, Leg. 49. Dig. *de re iudicata & de effectu sententiarum*, & Leg. 21. §. 1. *de Pactis*, in Academia Leidensi cum laude defendit, *Lugd. Bat.* 1751. 4. neque minori cnm audientium suffragatione duas Orationes habuit, alteram, *de subsidiis futuro ICto necessariis*, *Groningae.* 1752. 4. alteram, *de Iuris Civilis disciplina, morum magistra*, *Trai. ad Rhen.* 1760. Nat. 1722. = ⊖ 1780. Vid. *Ferdinand. Stoschius* in *Nova erudita Europa*, Part. IX. p. 76. 77. & *Hambergeri Germania erudita*, p. 633. ed. secundae, vel p. 977. ed. tertiae. |
| | 1751. | *Magnus Olaus* CELSIVS, *Olai Celsi*, (de quo V. 446.) frater, Regi Sueciae a Bibliotheca, hoc anno *Bibliothecae Regiae Stockholmiensis Historiam brevem & succinctam*, dedit *Holmiae*, 1751. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1755. *Martii* Parte II. p. 186. = 192.) |
| | 1751. | *Carolus* CLARKIVS, Collegii Baleolensis Oxonii Socius, hoc anno scripsit *Some Coniectures* &c. h. e. Coniecturas de numo quodam antiquo, vel potins medii aevi, qui |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* | | qui Ethami in Cantio fuit repertus, *Londini*, 1751. 4, (*Nov. Act. Erud.* 1754. Septembris Parte I. p. 517. = 519.) |
| *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1752. | *Octavius Antonius* BAIARDIus, (vulgo: *Bayardi*,) Parmensis, Philologus & Archaeologus Neapolitanus, qni labore quidem improbo Prodromum Antiquitatum Herculanensium (*Prodromo delle Antiquità d'Herculano, alla Maestà del Re delle Sicilie Carlo Infante di Spagna, Duca di Parma, Piacenza* &c.) sed minime pari doctrinae & iudicii laude consarcinavit, idque opus ipsos risisse Italos, documento est lepidum et acre *Johannis Lamii*, vt ferunt, Florentini, Epigramma, apud *J. J. Björnståhl* in *Itineris* Perte I. p. 279. 280. ed. *Batavae*, obvium. Mox nimiam scribendi copiam forsitan vitaturus in contrarium siccitatis vitium incurrit, Monumentorum Herculanensium Catalogum edendo. (*Catalogo degli Antichi Monumenti di Ercolano*) *Neapoli*, 1754. fol. max. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Augusto.* p. 443. = 445. & *Björnståhl*, l. l. p. 281. 283. & 284.) Ceteri, qui prodierunt, illius eiusdemque Musei regii picturarum, et statuarum Herculanensium Tomi, alios habuerunt auctores, vuluti *Tanuccium*, *Paschalem Carcani*, rel. vid. *Ioh. Maria Mazzuchelli* Gli Scrittori d'Italia, Vol. II. Part. I. p. 69. 70. Conferantur Supplementa vitae Cardinalis *Quirini* in *Joh. Christoph. Strodtmanni*, *Nova erudita Europa*, Part. VIII. p. 1055. |
| | 1752. | *Josephus Alexander* FURIETTUS, primum Re- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Refidentiae, vt vocatur, Epifcoporum a fecretis, poftea Cardinalis, quam tamen dignitatem, Benedicto XIV. Pontifice, tanti non habuit, vt admirabiles quafdam particulas & fimulacra Mufiui operis, aut dominio & aedibus fuis exire pateretur, aut cum illo commutare vellet. Hoc autem anno edidit praeclarum *de Mufivis* librum, *Romae.* 1752. 4. Singularia quaedam de eo vide apud *Ger. Nicol. Heerkens*, *Notabilium*, L. II. p. 110.=112. cui, nefcio cur, *Antonius* vocetur *Furiettus.* |
| | 1752. | *Marcus* FVSCARENVS, five FOSCARINIus, Nobilis, & Procurator Venetus, Hiftoricus, qui de Eruditione Venetorum copiofe accurateque expofuit, (*Delle Letteratura Veneziane Libri otto. Volume Primo, In Padoua*, 1752. fol.) cuius operis cenfuram vide in *Nov. Act. Erudit.* 1754. *Aprili.* p. 209.=218. & in *Relationibus de Libris Novis*, Fafcic. X. n. IV. 338. — 368. & *Fafcic.* XI. n. X. p. 221.=266. |
| | 1752. | *Antonius* GEORGIVS, (vulgo: *Giorgi*,) Ecclefiae, vt vulgo dicitur, Volaterranae Decanus, Juris pontificii in patrio Seminario Profeffor. hoc anno in lucem protulit, *Differtazione Accademica fopra un Monumento Etrufco ritrovato negli antichi fuburbani di Volterra, l'Anno* 1746. *in Firenze.* 1752. 4. |
| | 1752. | *Leopoldus Andreas* GUADAGNI, ICtus Academiae Pifanae, & Philologus, a quo profecta eft *de Florentino Pandectarum Exem.* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *Exemplari, an ſit Imperatoris Iuſtiniani Archetypum, & an ex eo ceteri, qui ſuperſunt Pandectarum Libri manaverint, Diſſertatio. Romae.* 1752. 8. |
| *Franciſco.I.* Caroli VI. gene. ro. 1745. = 1765. | 1752. | *Felix* NERINVS, Abbas Hieronymianus; *de templo & Coenobio Sanctorum Bonifacii & Alexii Hiſtorica Monumenta* digeſſit, & illuſtravit, titulorum veterum haudquaquam immemor, *Romae* 1752. non immerito propterea laudatus in *Relationibus* de *Libris Novis*, *Faſcic.* XV. n. V. p. 105. = 121. |
| | 1759. | *Bernardus* LEPICIER, Academiae Pictorum &, Sculptorum Pariſienſi ab actis; hoc anno Indicis Critici tabularum pictarum Regis, cum breui Pictorum vita, (*Catalogue raiſonnée des Tableaux du Roi; avec un Abrégé de la vie des Peintres*) *Tomum* I. qui ſcholam Florentinam & Romanam continet, *Lutetiae Pariſiorum*, 4. (*Nov. Act Erudit.* 1759. *Julio.* p. 385. = 392.) *Tomum* vero II. qui ſcholam Venetam & Langobardicam exhibet, *Pariſiis*, 1754. 4 edidit. (*Nov. Act. Erud.* 1759. *Novembri*, p. 644 = 655. ⊖ 1755. vid. *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. IV. p. 104. voc. |
| | 1752. | *Ludovicus* PELLETIER, Sacerdos Benedictinus e congregatione S. Mauri, Grammaticus, & Lexicographus veteris linguae Armoricae, cuius Lexicon condidit; (*Dictionaire de la Langue Bretonne*, &c.) *Pa-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
| --- | --- | --- |
| *Principibus.* | | *Parisiis*, 1752. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1757. *Decembri.* p. 683. = 695.) |
| *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765 | 1752. | . . . De SIGRAIS, Praefectus Turmae apud Gallo-Francos, Vegetii, ut ferunt, interpres Francicus, & nonnullarum disputationum, quae Commentariis Academiae bonarum literarum Parisiensis insertae sunt, auctor, tanquam: *Sur l'Eneide de Virgile considérée par rapport à l'art de la Guerre.* A. 1752. (*Memor. Liter.* Vol. XXV. p. 57.=64. & *Mémoire sur le Coin, où l'Ordre rostral pour servir d'explicatlon à ce qu'en a écrit le Chevalier Folard.* A. 1753. (*Memor. Liter.* Vol. XXV. p. 440.=456.) |
| | 1752. | *Johannes* IHRE, Rhetor, & Philologus Academiae Upsaliensis, cuius praeclari sunt libri, *Vlphilae* causa in lucem editi, & a me supra *Onom.* Part. I. p. 431. 432. indicati, quibus addere nunc placet *Dissertationem gradualem de Gothis, Graeciae Aboriginibus, Upsaliae*, 1767, 4. (*Nov. Act. Erud.* 1771. *Augusto*, p. 387. =394.) & *Glossarium Suio-Gothicum, in quo tam hodierno vsu frequentata vocabula, quam in legum patriarum tabulis, aliisque aevi medii scriptis obvia explicantur, & ex dialectis cognatis, Moesogothica, Anglo-Saxonica, Alemannica, Islandica, ceterisque Gothicae & Celticae originis illustrantur. Upsaliae*, 1769. fol. mai. duobus codicibus. (*Nov. Act. Erudit.* 1771. *Novembri.* p. 502.=525. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. | 1752. | *Johannes Georgius* HARNISCH, Kirchhelingena-Thuringus, ICtus, & Philologus, hoc anno libellum rarissimum, quo continebantur *Arrii Menandri Fragmenta legum de re Militari, Commentario Celestini Mirbelli illustrata, & Biturigis*, 1667, 12. edita, typis renovavit, annotationes & *duplicem Indicem adiecit Lipsiae.* 1752. 4. |
| 1745. = 1765. | 1752. | *Josephus* KHELL, Sacerdos Jesuita, Bibliothecae Garellianae, & rei numariae in Collegio regio Thresiano docendae Praefectus, Archaeologus, & Physicus Vindobonensis, hoc anno quidem *Physicam ex recentiorum Observationibus accommodatam usibus Academicis, Vindobonae*, 1752, 1753, 4. concinnavit, (v. *Nov. Act. Erudit.* 1753. *Junii* Parte II. p. 360 = 362.) postea vero antiquitati numariae illustrandae praecipuam navavit operam. Vnde eius *De Numismate Augusti aureo formae maximae ex ruderibus Herculani eruto, & praefationi Tomi II. picturarum subiecto, libellus, Viennae* sigillatim editus, 4. totusque *Novis Actis Eruditor.* 1763. *Decembri*, p. 591. = 616. insertus, tum *ad S. R. I. Equitem Johannem Josephum Haverum, Augustae a consiliis bellicis Epistolae duae de totidem numis aeneis Numophylacii Haveriani, Viennae Austriae*, 1761. 4. successerunt, cui alium libellum opposuit *Josephus Monsbergerus*, sub titulo: *Jo. Josephi Nobilis de Haveren . . . Dissertatio Apologetica, qua aenei & unici* Vespasiae Pollae *numi, qui in eiusdem Museo Viennae adservantur, antiquitas & integritas indi-* |

a-

| | | |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *catur*, *everſis argumentis*, *queis ea in ſecunda ad eumdem Epiſtola hic loci typis vulgata impugnavit Clariſſimus Joſephus Khell*, 1766. 4. (v. *Klotzii Acta Litteraria*, Vol. III. Part. IV. p. 423 = 427.) circa idem tempus: *Theſauri Britannici Pars I. ſeu Muſeum numarium*, *complexum numos Graecos & Latinos*, *omnis metalli & formae necdum editos*, *depictos & deſcriptos a Nic. Franc. Haym*, *Romano*, interprete *Joſepho Khell*, *Vindobonae* 1762. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1762. Julio, p. 328, = 344.) Pars vero ſecunda *Vindobonae*, 1765. 4. (*Nov. Act. Erudit.* 1767. *Januario*, & *Februario.* p. 241. = 260) mox: *Eraſmi Froelich de Familia Vaballathi numis illuſtrata Opuſculum Poſtumum*, cum eius *Appendiculis duabus ad Numiſmata antiqua a Vaillantio olim edita*, *editione altera reſtitutis*, *Vindobonae*, 1762. 4 & tandem: *Ad numiſmata Imperatorum Romanorum aurea & argentea a Vaillantio edita*, *a Cl. Baldinio aucta*, *ex ſolius Auſtriae vtriusque*, *iisque aliquibus Muſeis Supplementum a Julio Caeſare ad Comnenos ſe porrigens*, *Vindobonae*, 1767. 4. eius induſtria prodiit. (v. *Klotzii Acta Litteraria*, Vol. V. Part. III. n. V. p. 298. = 306.) |
| *Franciſco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | ☉ 1772. |
| | | Vid. *Hambergeri Germania erudita*. Sect. II. p. 199. Sect. III p. 654. & Sect. IV. ſ. Supplemento II. p. 761. ed. primae. vel p. 350, 351. edit. ſecundae. |
| | 1752. | *Johannes Fridericus* SCHOEPPERLINUS, Rector Lycei Nordlingenſis, Rhetor & |

 Phi-

| *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1758. | *Antonius* MATANIus, Pistoriensis, Philosophus & Philologus, hoc anno *Heliodori Larissaei Capita Opticorum graece* recensuit, latine vertit, & *Observationibus* illustravit *Pistorii.* 1758. 8. |
| | 1758. | *Ferdinandus* MINGARELLIus, *Johannis Aloysii* frater, Theologus Camaldulensis, Archaeologus, & Philologus, cuius *Epistola de Interocriensi Traiani, & Romana Antonini Inscriptione* lucem vidit *Romae.* 1758. 4 & qui *Veterum testimonia de Didymo Alexandrino Coeco, ex quibus tres Libri de Trinitate nuper detecti eidem asseruntur, collegit, atque animadversiones adiecit Romae.* 1764. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Junio.* p. 148.=254. |
| | 1758. | . . . LE ROY, Architectus Regis Franciae, Instituti Bononiensis Socius, & Archaeologus; quibus in artibus quantopere excelluerit, argumento erunt *Les Ruines des plus beau Monumens de la Grece, Paris,* 1758. fol, (*Nov. Act. Erud.* 1760. *Aprili.* p. 193.=211.) isque liber, vti anglice, si modo recte suspicor, redditus, (*Ruins of Athens with Remains and other valvable Antiquities in Grece, London,* 1759. fol.) sic certissime iterum editus, & auctus fuit *Parisiis,* (*Les Ruines des plus beau Mouumens, de la Grece, considérées du côté de l'Histoire & du côté* de |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *de l'Architecture. Seconde Edition corrigée & augmentée par Mr. le Roy. Paris.* 1770. fol.) An idem sit, qui nonnullas Commentariis Academiae regiae Parisiensis Diatribas de re nautica veterum inseruerat, tanquam: *Premier Mémoire sur la Marine des Anciens.* A. 1770. (*Memor. Litterat.* Vol. XXXVIII. p. 542. = 558.) *Second Mémoire* &c. A. 1770. (ibidem p. 559. = 580) *Troisieme Mémoire* &c. *De la Marine des Egyptiens sous les Ptolémées.* (ibidem p. 581. = 597.) propter solennem Franco-Gallorum, praenomina sua omittentium, morem, haereo. |
| | 1758. | *Carolus Theophilus* GUICHARDUS, sive *Carolus* GUISCHARD*Tus*, Magdeburgensis, primum Theologorum ordini nomen dedisse videtur, quantum coniicere mihi licet ex *Dissertatione*, quae penes me est, *Caroli Theophili Guichard, Magdeburgensis, de Fama Salomonis apud exteros*, ab ipso *Herbornae*, disceptatore *Joh. Henr. Schrammio*, defensa, 1744. 4. posthaec, ad militiam animum appulit, & per varios illius vitae generis honorum, quibus etiam in Batavis functus est, gradus, tandem ad ordinum ductoris, Legatique Regis Borussiae dignitatem sub nomine *Quinti Icilii* aspiravit. Ab hoc certe anno rei militaris Graecorum & Romanorum memoriam scriptis suis celebrare coepit, evulgando (*Mémoires Militaires sur les Grecs & les Romains, où l'on a fidèlement retabli sur le texte de Polybe, & des Tacticiens Grecs & Latins, la plûpart des Ordres de Bataille & des gran-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *grandes Opérations de la Guerre &c. par Charles Guischardt, Capitain au Bataillon de Marcgrave de Bade-Durlach, au Service de Etats Generaux, &c. à la Haye*, 1758, 4. duobos codicibus, cum Tabularum aenearum picturis & schematibus. Alius quidem editionis *Lugdunensis* 1760. censuram egisse videntur Auctores *Novorum Actorum Erudit.* 1762. *Junii* Parte II. p. 281. = 290. Sed diversi illius loci & anni procreatricem fuisse solennem hodie libellionum, pro suo emtionis iure, titulos & annos mutantium, libidinem puto. Dehinc vero novos antiquitatis militaris commentarios publice legendos exhibuit, hoc sub indice: *Mémoires Critiques & Historiques sur plusieurs Points d'Antiquités militaires par Charles Guichard, nommé Quintus Icilius, Colonel d'Infanterie aux servi ce du Roi de Prusse &c. à Berlin*, 1774. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1773. *Octobri.* p. 478. = 486.) Nat. 1713. = ⊖ 1775. v. *Nouveau Dictionaire Historique.* Tom. III. p. 392. voc. |
| | 1758. | *Christianus Adolphus* KLOTZIVS, *Johannis Christiani*, de quo VI. p. 418. Filius, Bischofswerda-Misnicus, Philologus, Rhetor, Archaeologus, carminum Scriptor, & Satirographus primum Lipsiensis, & Jenensis, mox Academiarum Gottingensis & Halensis, cuius acre & fervidum ingenium intra satis exiguum vitae spatium plura exsese progenuit scripta, quam ab alio quoquam diuturnioris aetatis & vsus vix expec- |

*Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

pectes. Nondum annos circiter viginti natus erat, cum non modo *Carmen in vastationem & direptionem Zittaviae, Gorlicii*, 1758. 4. conderet, sed eodem quoque anno cum *Pro M. Tullio Cicerone adversus Dionem Cassium, & Plutarchum*, ibidem. 4. tum singulari *Epistola, de quibusdam ad Homerum pertinentibus, Lipsiae*, eodem anno differeret. Pari amoris ardore singulis paene annis mox haec mox alia literarum curricula scribendo emensus est, cuius solertiae haec duntaxat argumenta sunto: *Mores Eruditorum, Altenburgi.* 1760. 8. *Genius Seculi*, ibidem, eod. a. 8. *Libellus de Minutiarum Studio, & rixandi libidine Grammaticorum quorundam. Jenae.* 1761. 8. *Animadversiones in Theophrasti Characteres Ethicos. Jenae.* 1761. 8. *Opuscula Poëtica, Altenburgi,* 1761. 8. *Anti-Burmannus. Jenae.* 1761. 8. & secundum exemplum Jenense *Traiecti.* 4. *Anti-Klotzio Burmanni* remuneratus. *Dissertatio de felici audacia Horatii. Jenae*, 1762. *Ridicula Litteraria. Altenburgi*, 1762. 8. *Elegiae. Jenae*, 1762. 8. *Funus Burmanni secundi. Altenburgi*, 1762. 8. & *Hagae Comitum*, 1762. 4. *Oratio, Jenae recitata. accedit Epistola ad viros doctos in Germania.* 4. *De populari dicendi genere Prolusio, Gottingae.* 1762. 4. *Oratio Professionis Philosophiae in Academia Gottingensi extra ordinem adeundae caussa habita Gottingae*· 1762. 4. *De Verecundia Virgilii, Gottingae.* 1763. 4. *Vindiciae Torquati Tassi, Gottingae*, 1762. 4. *Miscellanea Critica, Traiecti Rhen.* 1763. 8. *Tyrtaei quae supersunt Carmina, Graece, cum* Com-

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *Commentario. Bremae.* 1764. 8. & *Altenburgi*, 1767. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1769, *Januario.* p. 39.=46.) *Stratonis, aliorumque veterum Poëtarum Graecorum Epigrammata, primum edita, Altenburgi*, 1764. 8: (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Januario*, p. 40. =42.) *Vindiciae Q. Horatii Flacci. Accedit Commentarius in carmina Poëtae. Bremae.* 1764, 8. (*Nov. Act. Erud.* 1767. *Maio* & *Junio.* p. 358.=360.) iterumque, alia forma, & titulo: *Lectiones Venusinae, Lipsiae*, 1770. 8. (*Nov Act. Erud.* 1770. *Septembri.* p. 410.=427.) *Epistolae Homericae. Altenburgi.* 1764. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1767. *Septembri* & *Octobri.* p. 410.=425.) *Acta Litteraria*, Vol. I.=VII. *Altenburgi.* 1764.=1776. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Decembri* p. 538. =554.) *Historia Numorum Contumeliosorum & Satyricorum, Altenburgi*, 1765. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Junio.* p. 274.= 281.) *Historia Numorum Obsidionalium cum figuris aeri incisis. Altenburgi*, 1765. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Julio.* p. 325.=329.) *Auctarium Iurisprudentiae Numismaticae, a Carolo Ferdinando Hommelio editae. Lipsiae.* 1765. 8. *Hieronymi Vidae de Arte Poëtica Libri III. Commentarium de Poëtae vita, & Carminibus addidit Altenburgi*, 1766. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1769. *Februario.* p. 94. =96.) *Opuscula varii argumenti, Altenburgi.* 1766. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Novembri.* p. 502.=515.) *über das Studium des Alterthums. Halle.* 1766. 8. *Jo. Aug. Bachii Opuscula ad Historiam & Iurisprudentiam spectantia, collegit & praefatus est.* Ha- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|

*Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

*Halae.* 1767. 8. (*Act. Litteraria*, Vol. IV. Part. III. p. 354. = 356.) *Christiani Crusii Opuscula ad historiam & humanitatis studia spectantia. Praefatus est. Altenburgi*, 1767. 8. (*Act. Litter.* Vol. IV. Part. III. p. 356. = 362.) *Beytrag zur Geschichte des Geschmaks und der Kunst aus Müntzen. Altenburg*, 1767. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Septembri.* p. 426. = 432.) *Michaëlis Conradi Curtii Commentarius de Senatu Romano. Praefatus est. Halae.* 1768. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Junio.* p. 254. = 273.) *Thesaurus Epistolicus Gesnerianus, collegit, & praefatus est. Halae Magdeburg. Vol.* I. 1768. & *Vol.* II. 1770. 8. *Jo. Matthi. Gesneri Biographiae Academicae Gottingensis*, ab *Jerem. Nic. Eyringio* collectae, *praefatus est Halae*, Vol. I. & II. 1768. 8. — *über den Nutzen und Gebrauch der alten geschnittenen Steine, und über Abdrücke. Altenburg.* 1768. 8. c. fig. *Briefe von Hrn. Lessing, und Hr. Klotz, betreffend des erstern Laocoon, und des letztern Werck von alten geschnittenen Steinen*, 1768. 8. — *Saxonis Grammatici Historiae Danicae Libri XVI. e recensione Stephani Johannis Stephanii, cum prolegomenis & lectionis varietate edidit, Lipsiae.* 1771. 4. mai. (*Nov. Act. Erud.* 1771. *Februario.* p. 64. = 75.) Eo mortuo *Opuscula Philologica & Oratoria* vulgavit *Carol. Ehregott Mangelsdorfius. Halae.* 1772. 8. aliaque eius *Opuscula numaria, quibus Iuris antiqui Historiaeque nonnulla capita explicantur. Halae Magdeb.* 1772. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1771. *Maio.* p. 204. = 208.)

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* —— *Fran-cisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Nat. 1738 = ☉ 1771. Eius imago cernitur in limine Biographiae *Hausenianae:* ante *Opuscula numaria*, & ante *Epistolas* hominum doctorum, *Briefe Deutscher Gelehrten an den Hr. Geheimen Rath Klotz. Halle.* 1773. 8. Vid. *Harlesius* de *vitis Philologorum nostra aetate Clarissimorum. Volum.* I. p. 170. = 211. — *Hambergeri docta Germania*, Sect. II. p. 203. s. ed. primae. — *Vita & memoria viri illustris Christi. Adolphi Klotzii, nomine Academiae Fridericianae scripta a Carolo Ehregott Mangelsdorfio, Halae*, 1772. 8. quae tota immigravit in *Nova Acta Erud.* 1772. *Februario.* p. 84 = 90. et quam in compendium misit amicus *Klotzii, Gottlob Bened. Schirach, in Actis Litterariis. Volum.* VII. Parte II. p. 228 = 244. — *Carl Renati Hausen Leben und Character Hr. Christian Adolph Klotzens. Halle.* 1772. 8. quam tamen vitam & a *Schirachio*, l. l. p. 229. recte notatam fuisse, & aliis displicuisse novi. *Joh. Georg. Iacobi über das von den Hr. Profr. Hausen entworfene Leben des Hr. Klotz.* 1772. 8. *C. G. von Murr Denkmahl zur Ehre des seel. Hrn. Klotz, nebst einigen Briefen. Frf. und Leipzig*, 1772. 8. add. Auctores *Bibliothecae communis theotiscae Berolinensis.* Tom. XIX. Part. I. p. 146. = 180. |
| | 1758. | *Johannes* SEIVERT*us*, Cibinio-Transylvanus, Theologus, & Archaeologus Hamersdorfensis prope Cibinium, aeque Theologicis quibusdam disputationibus circa hunc |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | hunc annum theotisce scriptis, atque *Inscriptionibus monumentorum Romanorum in Dacia mediterranea*, *Viennae*, 1773. 4. iterumque vulgato *Samuelis Koeleserii Aurariae Romano-Dacicae* libello, *Posonii*. 1780. 8. mai. clarus<br>Nat. 1735. = ⊖ 1785.<br>Vid. *Hambergeri docta Germania*. p. 724. cum *Meuselii* Supplem. p. 269. ed. secundae. vel p. 1113. ed. tertiae vel p. 531. Part. III. cum *Meuselii* Supplemento I. p. 606. ed. quartae. |
| | 1758. | *Ernestus Guilielmus* HIGTIVS, gente Frisius, Rector Scholae Alcmariensis, cultissimus versuum latinorum auctor, & Philologus, hoc anno *Carmen Trochaicum in reditum veris*, *Alcmariae*, 4. emisit. Ex eius Autographis post mortem prodierunt *Bionis Carmina*, *&* *Moschi Epitaphium Bionis versu Trochaico latine reddita* in Celeb. *Lud. Gasp. Valckenaerii* editione *Theocriti*, *Bionis*, *&* *Moschi Carminum Bucolicorum*, *Lugd. Bat. & Campis*. 1779. 8. a p. 521. vnde in fine Praefationis laudatur: *Poëta graece & latine perdoctus*, *vir media aetate nobis omnibus flebilis occidit*. |
| | 1758. | *Gisbertus* KOEN, Harlinga-Frisius, ICtus, & Philologus Graecus Academiae Franequeranae, hoc anno *Dissertationem Critico-Juridicam ad Loca quaedam Iuris*, *&* *alia depravata*, *Franequerae*. 4. defendit, postea *Gregorium*, *Corinthi Metropolitam*, *de Dialectis*, & alia *Grammaticorum de Dialectis Opuscula*, graece recognovit, *ani-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *madverſionibusque* docte illuſtravit, *Lugduni Batav.* 1766. 8. (*Klotzii Act. Litt.* Vol. IV. Part. III. p. 320.=326.) ⊖ 1767. hoc certe Anno Bibliotheca eius veniit *Franequerae.* |
| *Franciſco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1759. | *Philippus* VICAT, ICtus Academiae Lauſannenſis, *Vocabularium Iuris vtriuſque ex variis ante editis, praeſertim ex Alexandri Scoti, Joh. Kahl, Barn. Briſſonii, & Io. Gottl. Heineccii acceſſionibus*, Tomis tribus, conſarcinavit *Lauſannae.* 1759. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1759. *Novembri.* p. 636.=643.) |
| | 1759. | *Johannes Henricus* LAMBERT*us*, Lindavienſis, Philoſophus, & Mathematicus Berolinenſis, hoc anno luminis proprietates, gradus, curſum & impulſionem per aërem metiri coepit in libro, cui titulus: *Les proprietés remarquables de la route de la lumiere par les airs* &c. *à la Haye*, 1759. 8. quod argumentum ſimile latius exornavit *Photometria, ſ. de menſura & gradibus luminis, colorum & vmbrae, Auguſtae Vindelicorum*, 1760. 8. Praeſertim vero Libitinam effugit *Novo Organo, Lipſiae*, 1764. 8. theotiſce edito: *oder Gedanken über die Erforſchung und Bezeichnung des Wahren, und deſſen Unterſcheidung vom Irrthum und Schein.* quod opus vti admiraturus fuiſſet *Geſnerus*, ſi ipſo adhuc viuo lucem vidiſſet, teſte *Niclaſio*, ad *Iſagogen* §. 810. p. 130. Tom. II. ita non ſemel laudauit Cl. *Dan. Wyttenbachius*, in *Praeceptis Philoſophiae Logicae*, tanquam p. 183. |

193.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | 193. 199. De ceteris eius libris, quibus eruditae caveae plausum meruit, plura indicare non est necesse. |
| *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Nat..... ⊖ 1777. Vid. *Hambergeri docta Germania*, p. 609, 610. cum *Meuselii* Supplemento, p. 269. ed. tertiae. & p. 436. Part. IV. quartae. |
| | 1759. | *Fridericus Iustus* RIEDEL*ius*, Visselbaco-Erfurtanus, Philosophus, Philologus, & artium bonarum Aristarchus theotiscus, primum Jenensis, tum Erfurtanus, tandem Viennensis, ab eo iam anno varia typis legenda exhibuit, tanquam disputationem de felicitate belli & Pacis, *Vinariae*, 1759. (*von der Glükseeligkeit des Krieges und Friedens*) Praesertim vero omne Saeculi punctum tulit eius artium & doctrinarum Theoria, (*Theorie der schönen Künste und Wissenschaften ein Auszug aus den Werken verschiedener Schriftsteller*,) *Jenae*. 1767. & 1774. 8. (v. *Klotzii Act. Litter.* Vol. IV. *Part.* III. p. 287. = 297.) quae, cum veste Batava induta esset ab ampl. *Hieronymo van Alphen*, *Traiecti* 1778. 8. duabus partibus, ea mox duobus aliis libris opportunitatem dedit, veluti: *Vrymoedige Aenmerkingen over de Theorie der schoone Kunsten en Wetenschappen van F. J. Riedel*, *met Byvoegselen*, *Aanteekeningen*, *en eene Inleiding vermeerderd door Mr. Hieronymus van Alphen*, *Briefswyze voorgedragen door D. E. te Rotterdam*, 1779. 8. et: *Briefwisseling tusschen de Heeren de Perponcher*, *en van Alphen*, *over het schoone*. *Utrecht* 1789. 8. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | Nat. 1742. = ⊖ 1785. Vid. *Hambergeri docta Germania*, p. 619, 620. cum *Meuselii* Supplemento, p. 231. ed. secundae, vel p. 953. cum *Meuselii* Supplemento p. 403. ed. tertiae, vel Part. III. p. 260. s. ed. quartae. |
| *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1759. | *Johannes Gottlieb* SEGER*us*, Seiffersbacensis Misnicus, ICtus, Philologus, & Historicus Academiae Lipsiensis, cui debetur *Annus Romanus*, *argumentum historicum*, *Lipsiae*, 1759. 4. Reliquorum eius scriptorum index ab *Hambergero* petatur. Nat. 1735. = ⊖ 1786. v. *Hambergeri docta Germania*, Sect. II. p. 421. & Sect. III. p. 681. ed. primae. vel p. 720. cum *Meuselii* Supplem. p. 267. ed. secundae, vel p. 1107. & *Meusel.* Suppl. p. 466. ed. tertiae. vel p. 521. 522. Part. III. ed. quartae. |
| | circa 1760. | *Paschalius* CARCANI*us* (vulgo: *Pasquali Carcani*) *Tanuccii*, Regis Neapolitani comitis Consistoriani, scriba, & propemodum solus, inde a Tomo II. *Musei Herculanensis* auctor, vt nos docet *I. I. Björnståhlius*, in *Itineris* Parte I. a p. 284. = 286. |
| | 1760. | *Michaël* CASIRUS, Syro-Maronita, Presbyter, Theologus Pontificius, Regi Hispaniae a Bibliotheca, & Linguarum Orientalium interpretatione. Eius est: *Bibliotheca Arabico-Hispana Escurialensis, sive Librorum omnium MSS. quos arabice ab Auctoribus magnam partem Arabo-Hispanis compositos Bibliotheca Coenobii Escuria-*len- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *lienfis complectitur, recenfio & explanatio..... Caroli III. Regis auctoritate atque aufpiciis edita. Tomus Prior. Madriti.* 1760. fol. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Maio.* p. 199.=211.) |
| | 1760. | *Thomas* ABBTIVS, Vlma-Suevus, Philofophus, & Philologus mox Berolinas, mox Rintelenfis, mox Schaumburgo-Lippicus, hoc anno *de recto Philofophiae ftudio, Halae,* 1760. 4. commode differuit, aliaque id genus plura ingeniofe perfeciffet, nifi in flore aetatis literis & bonis artibus ereptus fuiffet.<br>Nat. 1738.= ⊖ 1766. adeoque annum agens XXVIII.<br>Icon eius ante Opufculorum Mifcellaneorum Partem II. (*Vermifchte Werke, Berlin,* und *Stettin.* 1770. 8.<br>Vid. *Klotzius* in *Act. Litter.* Vol. IV. Part. I. p. 120. qui immaturam eius mortem deflet. — *Fridrich Nicolai Ehrengedaechtnis Thomas Abbts. Berlin.* 1767. 4. — *Joh. Georg. Herder, über Thomas Abbts Schriften. der Torfo von einen Denkmal an feinen Grabe errichtet. Berlin.* 1768. 8. — *Joh. Chriftoph. Gatterer Allgemeine Hiftorifche Bibliothek.* Tom. VI. p. 114.=137. |
| | 1760. | *Beniamin Gottlieb Laurentius* BODENVS, Vitembergenfis, Rhetor, & Philologus Academiae Vitembergenfis, hoc anno *Melanchthonem in barbariem feculi fui non lenem* depinxit *Vitembergae.* 1760. 4. poftea non vulgaria ad literarum Graecarum & Latinarum difciplinam pertinentia |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | tia in medium protulit, tanquam, ne quid dicam de aliis, *De vmbra poëtica Dissertationes* III. *Witebergae.* 1764. 4. (*Klotzii Acta Litteraria* Vol. I. *Part.* IV. p. 456. = 459. & Vol. II. Part. IV. p. 474. 475.) *de Ramo gentium religioso* disputationem, *Vitembergae.* 1765. 4. (*Klotzii Act. Litter.* Vol. III. Part. III. p. 344, 345.) *Artificem ea, quae sibi non conveniunt, fingentem, poëtae monitorem, Vitembergae,* 1766. 4. (*Klotzii Act. Litter.* Vol. III. Part. IV. p. 427. = 429. & Vol. IV. Part. III. p. 349. = 351,) *Achillis Tatii ἐρωτικῶν Libros VIII. varietate lectionis & notis illustratos, Lipsiae,* 1776. 8. (*Biblioth. Crit.* Vol. I. Part. II. p. 43. = 62.) *Longi Pastoralium Libros IV.* itidem cum *varietate lectionis*, & annotationibus hominum doctorum, *Lipsiae.* 1777. 8. (*Biblioth. Crit.* Vol. I. Part. III. p. 162.) *De Daricis Periculum Criticum, Vitembergae.* 1779. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1776. *Maio.* p. 225. = 228. <br> Nat. 1737. = ⊖ 1782. <br> Vid. *Hambergeri docta Germania,* Part. I. p. 33. ed. primae, vel p. 57. ed. secundae. vel p. 85. cum *Meuselii* Supplem. p. 49. ed. tertiae. vel p. 149, 150. Part. I. ed. quartae. |
| | 1760 | *Enochus Christianus Augustus* OTHO, Molitropio-Nariscus, ita se ipse subscripsit, Philologus Lipsiensis, & Dresenensis, in qua novissima vrbe privatus vixit. Hoc anno *Plautum observationibus criticis* adornavit *Lipsiae.* 8. duobus codicibus. Mox *Ober-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *Oberti Giphanii Obſervationes latinae linguae ſingulares* auxit, *reique criticae ſubinde ſpecimina* dedit *Altenburgi*, 1762. 8. tandem memoratu digna eſt eius editio *A. Gellii Noctium Atticarum*, quam *curavit*, & *annotationes adiecit Lipſiae*, 1762. 8. Nat. circa 1724. = ☉ 1775. circiter. vid. *Hambergeri docta Germania*, Sect. II. p. 308. ed. primae. vel p. 542. ed. ſecundae. vel p. 838. cum *Meuſel.* Supplem. p. 363. ed. tertiae. |
| | 1760. | *Jacobus* MACPHERSON*us*, Carminum Oſſianorium hoc anno inſtaurator & interpres Londinenſis, (*Fingal*, *an Ancient Epic Poëm in ſix Books* &c. *London*, 1760. 4. item *Fragments of antient Poetry*, *tranſlated from the Erſe Language. Edinburg*. 1760. 8.) de quibus carminibus, eorum editionibus, verſionibusque non repetam, quae ſupra *Onom.* Parte I. in *Anal.* p. 587. = 589. a me indicata ſunt. Fueruntquidem nonnulli, qui haec fragmenta e cerebro *Macpherſoni* nata eſſe ſuſpicarentur, ſed bonum factum, acutiores Ariſtarchos nihil fraudis ſubodoratos eſſe, in his eruditiſſ. *Henricum Albert. Schultens*, in cultiſſima oratione de *Ingenio Arabum*, p. 11, 12. Eidem *Macpherſono* debetur *Introduction to the Hiſtory of Great Britain and Ireland. London*. 1771. 4. vid. *I. I. Björnſtåhl Iter*, Part. III. Sect. II. p. 330. & *Part.* V. p. 486. 487. |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1760. | *Johannes* TOUP, *Ecclesiae S. Martini cum Capella de Loo in agro Cornubiensi Rector*, quem ipse loci & honoris titulum suo subscripsit nomini, Philologus, & Criticus Graecus, hoc anno *Emendationes in Suidam, in quibus plurima veterum Graecorum loca, cum explicantur tum emaculantur*, scribere coepit *Londini*, *Parte* quippe I. 1760. *Parte* vero II. ibidem 1764. & *Parte* III. 1766. 8. mai. typis excusa. (*Nov. Act. Erud.* 1771. *Januario*, p. 19. =26. & *Klotzii Act. Litter.* Vol. I. Part. IV. p. 397.=403. easdemque Partes III. iunctim sub titulo *Opusculorum ad Suidam* cum *Appendicula Notarum & Emendationum ob praestantiam & raritatem* repetierunt operae *Lipsienses*, 1781. 8. mai. Idem quoque *Glossas selectas ineditas*; *Epistolam de Syracusiis*. aliaque id genus ad exornandam *Theocriti Wartoniani* editionem *Oxoniensem*, 1770. 4. non parca manu contulit. ☉ circa A. 1785. *Accuratae doctrinae Criticus* dicitur amplissimo & eruditissimo *Jacobo Tollio*, ad *Apollonii Lexicon*, p. 371. n. 5. vti eruditissimo *Schweighaeusero*, in Praefatione ad *Emendationes & Observationes in Suidam*, *Graecarum literarum inprimis peritissimus*, & κριτικώτατος. Eius tamen irreverentiam in emendando Nov. Test. codice notavit *Joh. Tob Krebsius*, in *Nov. Act. Erud.* 1775. *Julio*, p. 315 = 348. |
| | 1760. | *Philippus Carteret* WEBB, Regiae pariter Scientiarum, atque Antiquariae sodalitatis So- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | Socius Londinensis, Archaeologus, qui hoc anno tabulae Heracleensi, iam antea, vt puto, a *Maitterio*, (v. supra VI. p. 98) illustratae, denuo lucem afferre conatus est: *An Account of a Copper Table containing two Inscriptions in the Greek and Latin Tongues discovered in the Year* 1732. *near Heraclea in the Bay of Tarentum, in Magna Graecia. London.* 1760. 4. |
| | 1760. | *Petrus* FONTEINIVS, discipulus *Hemsterhusii*, & *Schultensii* avi, Mennonitarum olim coetus Christiani Homileta Amstelaedamensis, vir graece & latine doctissimus, cuius vtinam editio *Theophrasti Characterum* ad fidem Codicis Florentini, parata, teste *Björnstähl*, in *Itiner.* Part. V. p. 412. lucem aspexisset. Criticae tamen facultatis suae argumenta non pauca reliquit in aliorum subinde hominum doctorum scriptis, tamquam, vt his duntaxat exemplis vtar, in *Bibliothecae Criticae* Vol. II. Part. II. sive Parte VI. p. 21. & *H. Friesemanni* Praefatione ad *Rufi Festi Avieni Descriptionem orbis terrae*, a p. IV. seq Nec parum eius nomini laudis accessit ab Epistola ad eum scripta, qua Cl. *D. Wyttenbachius Bibliothecae Criticae Partem nonam* exornavit Cf. quoque *Björnstähl. Iter.* Part. V p. 427. 428. ⊖ 1788. |
| | 1761. | *Dominicus de* SANCTIS, Abbas, & Philologus Romanus, laudem sibi peperit Dissertatione super villa *Q. Horatii Flacci* (*Dissertazione sopra la villa di Orazio Flac-* |

 *co*)

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* | | *co*) *Romae.* 1761. 4, in compendium missa ab Auctoribus *Nov. Act. Lipsiens.* 1762. *Augusto.* p. 361.=367. |
| *Fran-cisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1761. | . . . . BARBAVLT, Picturae & graphidos peritissimus homo, cuius arguta manu optima veteris aeui monumenta, quotquot adhuc Romae & per Italiam supersunt, adumbrata cernimus: *Les plus beaux Monumens de Rome ancienne, ou Recueil des plus beaux morceaux de l'Antiquité Romaine, qui existent encore: dessinés par Mr.* Barbault, *Peintre, & gravés en* 128 *planches, avec leur explication. Rome.* 1761. fol (*Klotzii Act. Litter.* Vol. II. Part. II. p. 130.=139. item:) *Recueil des divers Monumens anciens repandus en plusieurs endroits de l'Italie, dessinés par feu Mr.* Barbault, *& gravés en* 166 *planches, avec leur Explication historique, pour servir de Suite aux Monuments de Rome ancienne. Rome,* 1770. fol, |
| | 1761. | *Johannes Christophorus* GOTTLEBER, Chemnicensis, Rhetor, & Philologus Graecus, latinusque, primum Scholae Annaebergensis, tum illustris Afranei Misenensis, hoc anno politioris suae literarum humanitatis primitias dedit, evulgando disputationem *de Emphasium iudicandarum difficultate, Altorfi.* 4. postea varias, Exercitationum Scholasticarum gratia, nec contemnendas elaboravit Diatribas, vt alias praeteream, in Platonis Dialogos, aliosque scriptores Graecos, quas plerasque *Nova Acta Eruditorum* in sui corporis |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | poris societatem receperunt, veluti: *Argumentorum aliquot in Platonis Phaedone de animi immortalitate illustrationem & discussionem, Nov. Act. Erud.* 1769. *Februario.* p 52. = 88. *Observationes in Platonis Alcibiadem secundum, Nov. Act. Erud.* 1769. *Aprili.* p. 187. = 192. *Continuationem*, ibidem, *Maio.* p. 218. = 240. *Animadversiones ad Platonis Phaedonem & Alcibiadem secundum: Adiunctos* ibidem *Excursus in quaestiones Socraticas de animi immortalitate cum summa Phaedonis, Lipsiae.* 1771. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1771. *Januario.* p. 26. = 30. & *Klotzii Act. Litter.* Vol. VI. Part. III. p 345. = 356.) *Animadversiones ad Lexicon N. T. Schoettgenianum, Nov. Act. Erud.* 1771. *Martio.* p. 107. = 116. *Observationes in quaedam loca Dionysii Halicarnassei, quibuscum aliquot loca Livii comparantur, Nov. Act. Erud.* 1771. *Maio.* p. 209. = 234. & *Junio*, p 281 = 294. *De Joanne Rivio, Rectore quondam Annabergensi, bene de re Scholastica in Misnia merito, Nov. Act. Erud.* 1771. *Octobri.* p. 483. = 490. *Animadversionum ad L. I. Platonis de Legibus Specimen I. Nov. Act. Erud.* 1771. *Novembri.* p. 525. = 538. *De Lectione nonnullorum locorum in Phaedone Platonis coniecturas Nov. Act. Erud.* 1772. *Aprili.* p. 169. = 187. *Animadversiones continuatas ad Platonis L. I. de Legibus Nov. Act. Erud.* 1772. *Junio.* p. 276. = 285. *Animadversiones historicas & Philologico Criticas ad Philonis Legationem ad Caium, Nov. Act. Erud.* 1772. *Novembri.* p. 507. = 522. *Specimen secundum*, ibidem |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. ≐ 1765. | | dem 1773. *Januario.* p. 20.=32. & *Animadversionum Historico-Criticarum ad Philonis Legationem Continuationem Nov. Act. Erud.* 1773. *Junio* p. 277.=288. Nat. 1733.= ⊖ 1785. vid. *Hambergeri Germania erudita*, p. 233. 234. ed. secundae. vel p. 358. 359. ed. tertiae, vel p. 591.=593. Part. I. & *Meusel.* Supplem. I. p. 213. ed. quartae. |
| | 1761. | *Georgius* PRAY, Sacerdos Jesuita Viennensis, & Historicus Hungarus, cuius memoratu digni sunt *Annales veteres Hunnorum, Avarum, & Hungarorum ab anno ante C. N. CXX. ad A. C.* 997. *deducti ac maximam partem ex orientis, occidentisque rerum scriptoribus congesti, Vindobonae,* 1761. fol. (*Nov. Act. Erudit.* 1764. *Novembri & Decembri.* p. 201.=212.) Cetera eius scripta Historica discantur velim cum ab *Hambergero* in *Germania erudita*, p. 892, 893. ed. tertiae. tum inprimis ab *Alexio Horanyo*, in *Memoria Hungarorum & Provincialium. Part.* III. p. 96.=102. Nat. 1724.= ⊖.... |
| | 1761. | *Christianus Fridericus* SCHMIDius, Rochlitio-Merseburgensis, Theologus, & Philologus Academiae Vitembergensis, hoc anno *Specimen Animadversionum in Theophrasti Characteres morum, Lipsiae,* 4. in lucem prodire iussit, proximis vero duobus annis *Versionem Alexandrinam optimum interpretationis librorum sacrorum praesidium* esse duobus speciminibus *in Episto-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *pistolam ad Hebraeos*, *Lipsiae*, 1763. & 1764. 4. demonstrare conatus est. Cetera eius scripta post *Hambergerum* memoria recolere nolo. Philosophiam Historiae ab eo castigatam (*La Philosophie de l'histoire par feu l'Abbé Bazin critiquée*, *à Leipsig*, 1766. 8 ) risit *Klotzius*, in *Actis Litterariis*. Vol. IV. Part. IV. p. 457. = 474. Nat. 1741. = ⊖ 1778. v. *Hambergeri docta Germania*, Sect. II. p. 393. Sect. III. p. 678. & Sect. IV. f. Supplem. II. p. 821. ed. primae. vel p. 677. 678. ed. secundae. vel p. 1034, 1035. cum *Meuselii* Supplemento p. 438. ed. tertiae. |
| | 1761. | *Daniel* WEBB, Tabularum pictarum, & pictorum Mystagogus Londinensis, a quo accepimus, *An Enquiry in to the Beauties of Painting, and into the Merits of the most celebrated Painters ancient and modern. Londini*, 1761. 8. (*C. A. Klotzii Acta Litteraria*, Vol. III. Part. III. n. VI. p. 327. = 338. quae inquisitio pulcri etiam theotisce reddita est *Turici*. 1766. 8. |
| | 1762. | *Augustinus* MARIOTTVS, Presbyter Romanus, cuius *de Numo Neptuni argenteo incuso Commentariolum*, *Romae*, 1762. 8, adeo vituperarunt Auctores *Nov. Act. Erud.* 1763. *Junio.* p. 307. = 323. vt *nunquam tota vita sua de rebus ad rem numariam aut antiquariam vniversam pertinentibus quicquam* eum scribere vellent. Nihilo mi- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi-pibus.* —— *Fran-cisco.I.* Caroli VI. gene-ro. 1745. = 1765. | | minus tamen idem ſingulari *Epiſtola Paſchali Magnonio*, *Auctori Diſſertationis de veris Poſidoniae & Paeſti originibus Commentariolum* ſuum *de Nummo Neptuni argenteo incuſo dono* miſit, *ſive ad Commentariolum Mantiſſam* ſcripſit. *Romae*, 1764. 8. |
| | 1762. | *Petrus Adamus* D'ORIGNY, Remenſis, Hiſtoricus Pariſienſis, quid in vetuſtiſſima rerum Aegypti memoria praeſtiterit, non modo argumento eſt eius *L'Egypte ancienne*, à *Paris.* 1762. 12. duobus codicibus, ſed etiam Chronologia Regum Aegyptiacorum, *Chronologie des Rois du Grand Empire des Egyptiens*, *depuis l'Epoque de la fondation par Ménes*, *jusqu'à celle de la ruine par la Conquête de Cambyſe*, *fils de Cyrus. Paris*, 1765. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1768. *Aprili*, p. 158. = 166.) ⊖ 1774. anno aetatis LXXVIII. vid. *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. V. p. 145. |
| | 1762. | *Johannes Fridericus* CLOSSIVS, (vulgo: *Cloſſ*,) Marbacenſis Würtenbergicus, Medicus, & Philologus variorum per Germaniam, Bataviam, Belgiumque, locorum, tandem Hanovienſis, hoc iam anno inclareſcere coepit *Petri Apollonii Collatini carmine de duello Davidis & Goliae emendato atque illuſtrato*, *Tubingae*, 1762. 4. Quantum porro vtilitatis & arti ſalutari, & literis attulerit, teſtantur eius ſcripta alicubi commemorata. Vtinam diutur- |

*Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765.

turnius ipsi vitae spatium contigisset, vt nouam nobis *Celsi*, quo maxime delectabatur, editionem parare potuisset!

Nat. 1735 = ⊖ 1787.

v. *Hambergeri Germania docta*, p. 358. ed. secundae. vel p. 166. 167. cum *Meuselii* Supplem. p. 82. ed. tertiae. vel Part. I. p. 277, 278. cum *Meuselii* Supplem. I. p. 98. ed. quartae.

1762. *Aloysius Comes* CHRISTIANI, Mediolanensis, Archaeologus Numarius Viennensis, qui hoc anno *Nicolai Francisci Haymii* Thesaurum Britannicum de anglico latinum fecit, adiunxitque *ad Numismata Graeca populorum & vrbium, a Jacobo Gesnero tabulis aeneis repraesentata, Appendiculam. Vindobonae*, 1762. 1763. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1762. *Julio.* p. 328.=344.)

circa. 1762. *Antonius Raphaël* MENGS, DresdensisSaxo, Pictor eximius, mox regis Hispaniae, mox Romanus. Hoc anno *Johannes Gaspar Fuessli* in lucem prodire iussit eius Animadversiones super eo, quod pulcrum est in tabulis pictis, (*Gedanken über die Schönheid, und den Geschmak in der Mahlerey, Zürch.* 1762. 8. & ibidem 1771. 8.

Nat. 1728.= ⊖ 1780.

vid. *Hambergeri docta Germania*, p. 461. ed. secundae. vel p. 715. ed. tertiae. — *Biographie des Ritters Anton. Raphaël Mengs, mit einem Verzeichnisse seiner von ihm verfertigten Gemälden, aus dem Italiänischen. Wien.* 1781. 8.

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | 1762. | *Samuel* MVSGRAVE, Devonienſis, Medicus & Criticus Londinenſis, cum in Batavis verſaretur, non modo *Exercitationum in Euripidem Libros duo, Lugd. Batavorum*, 1762. 8. edidit, ſed etiam ſummorum in arte Medica honorum, moribus Academicis capiendorum, gratia, *Apologiam pro Medicina Empirica* ſcripſit *Lugd. Batav.* 1763. 4. in patriam vero reuerſus incredibili labore & ſtudio, nec minori ſplendore, & pretio L. florenorum *Euripidis, quae extant, omnia* curavit, *Tragoedias ſuperſtites ad fidem veterum editionum Codicumque MSS. cum aliorum, tum praecipue Bibliothecae regiae Pariſienſis recenſuit, Fragmenta Tragoediarum deperditarum collegit. Varias Lectiones inſigniores, Notasque perpetuas ſubiecit. Interpretationem latinam ſecundum probatiſſimas lectiones reformavit.* Acceſſerunt *Scholia graeca in ſeptem priores Tragoedias ex optimis & locupletiſſimis editionibus recuſa. Oxonii.* 1778. 4. quatuor codicibus, cuius editionis cenſuram primum obiter egit Cl. Auctor *Bibliothecae Criticae*, Vol. I. Parte III. p. 109. tum ex inſtituto, ibidem, Parte IV. p. 1.=44. nec non iunctim cum *Brunckiana Euripidis Medeae* recognitione, Vol. II. Part. I. a p. 36. ſeq. item auctor Bibliothecae Philologicae latinae, *Lipſiae*, 1779. 8. Vol. I. n. V. p. 66.=96. Tomum vero II. duntaxat in compendium miſerunt *Nov. Act. Erudit.* 1776. *Septembri.* p. 424.=426. |
| *Franciſco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | ⊖ 1780. |
| | | vid. Auctor *Bibliothecae Criticae*, Vol. II. *Part.* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *Part.* I. p. 120. — *Johann. Schweighaeuser*, V. C. in Praefatione ad *Appianum Alexandrinum*, p. XVIII. = XXI. |
| | 1762. | *Johannes Henricus* VERHEYK, Philologus primum Leidensis, tum Amstelaedamensis, suam literarum graecarum & latinarum scientiam non vno approbavit argumento, tamquam *Eutropii*, (v. supra *Onom.* Part. I. 419.) Lexici Batavo-Latini, Hanotio Hoogstratenei, (*Nederduitsch en Latynsch Woordenboek, eerst opgestelt door S. Hannot, naderhand vermeerdert door D. van Hoogstraten, en nu wederom vermeerdert en verbeterd door H. Verheyk, Amsterdam, en Leiden*, 1771. 4.) item, *Antonini Liberalis*, (v. supra *Onom.* Part. I. 309. & *Anal.* p. 583 it. *Klotzii Act. Litter.* Vol. VII. Part. IV. p. 357. = 368.) editionibus, quibus vtinam accessissent *Theopompi Fragmenta*, (de quibus itidem supra *Onom.* Part. I. p. 74.) Interim aliquot ante mortem annis *Orationem Secularem* habuit *de antiquitate & vicissitudinibus Scholae Amstelaedamensis publicae*, *Amstelaedami*, 1778. 4. ⊖ 1784. vid. *I. I. Björnståhl Iter*, Tom. V. p. 425. 426. |
| | 1763. | *Benedictus* PASSIONEVS, *Dominici Passionei* Cardinalis fratris, *Francisci Passionei*, Comitis Foro-Semproniensis, Anno 1730. mortui, forsitan filius, qui hoc anno titulos lapidum antiquos, illustrasse dicitur: *Iscrizioni antiche diposte per ordine di varie* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* | | *Classi, ed illustrate con alcune Annotazioni da Benedetto Passionei. Lucca.* 1763. fol. v. *Nouveau Dictionaire Historique.* Tom. V. p. 536. |
| *Francisco. I* Caroli VI. genero. 1745. = 1765 | 1763. | *Antonius Iosephus Comes a Turre* REZZONICVS, Patricius Novocomensis, Tribunus militum legionis Parmensis, Philologus & Biographus, vir ingenio praestans, & doctissimus, qui singulari opere *Disquisitionum Plinianarum*, vtriusque *Plinii* patriam, res gestas &c. illustravit *Parmae*, 1763. & 1767. fol. duobus codicibus. (*v.* supra *Onom.* Part. I. p. 266.) idque ipsum non semel laudauit *J. A. Ernesti*, in *Bibliothecae Latinae Fabricianae* Tomo II. p. 180. seq. |
| | 1763. | *Philippus de* VENVTIS, Praepositus Ecclesiae Liburnensis, Archaeologus numarius, hoc anno *Duodenorum Numismatum antehac ineditorum, e Gazophylacio Antonii Le Fray, Angli, brevem expositionem* dedit, *apud Labronis Portum*, s. Liburni, 1763. 4. cuius interpretationis censuram egerunt *Nov. Act. Erud.* 1763. *Septembris* Part. II. p. 486. = 491. & *Klotzius*, in *Act. Litter.* Vol. II. Part. IV. p. 375. = 382. |
| | 1763. | *Franciscus Antonius* VITALIS, vel VITALE, Arianensis, Archaeologus, *in Binas veteres Inscriptiones, L. Aurelii Commodi Imperatoris aetate positas, Romae recens detectas, Dissertationem* evulgavit, *qua Gla-* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Princi pibus.* | | *Gladiatorum materia fere tota enucleatur, Romae.* 1763. 4. |
| *Fran-cisco.I.* Caroli VI. gene-ro. 1745. = 1765. | 1763. | *Guilielmus Franciscus de* BURE, Bibliopola, & Bibliographus Parisiensis, cuius ad vsum rei librariae criticum valde memorabilis est: *Bibliographie instructive: ou Traité de la Connoissance des livres rares & singuliers, Parisiis,* 1763. = 1768. 8. septem codicibus, & *Supplement à la Bibliographie instructive, ou Catalogue des Livres du Cabinet de feu Mr. Louis Jean Gaignat, disposé & mis en ordre par Guill. François de Bure, le Jeune. Paris,* 1769. 8. duobus codicibus. Cf. omnino *Catalogus Bibliothecae Crevennianae, Amstelaedami.* 1776. 4. Tom. V. p. 290. 291. cui accessit *Bibliographie Instructive, Tome Dixieme, contenant une Table destinée à faciliter la Recherche des Livres Anonymes &c. à Paris,* 1782. 8. |
| | 1763. | *J. Nat.* PAQUOT, Philologus Ebraeus Academiae Lovaniensis, cui in acceptis referimus *Memoires pour servir à l'histoire Litteraire des dix-sept Provinces des Pays-Bas, de la Principauté de Liege, & de quelques contrées voisines, à Louvain, de l'Imprimerie Academique,* 1763. = 1770. duodeviginti codicibus. Idem fortassis est, quem Cl. *Adr. Kluit* ad *Hollandiae Chronicon Egmondanum,* p. 6. (14.) vocat *virum excellentis doctrinae.* |
| | 1763. | *Ricardus* CHANDLER*us*, Collegii Magdalenensis Oxonii socius, Archaeologicae, literisque se oblectantium, vel Ama- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | torum, quos *Dilettanti* vocant, Sodalitatis Londinensis Collega, Theologus, Philologus, Archaeologus, & Hodoeporicus Scriptor, nomen suum late diffudit primum splendida editione *Marmorum Oxoniensium, Oxonii*, 1763. fol. Atlant. cui praefatus est. (*Klotzii Act. Litter.* Vol. II. Part. II. 119.=130.) tum *Jonicis Antiquitatibus*, (*Jonian Antiquities published with Permission of the Society of Dilettanti by R. Chandler, M. A. F. S. A. N. Revett, Architect, W. Pars, Painter.*) *Londini*, 1769. Fol. max. qnibus praefatus est doctissimus *Robertus Wood.* (*The Critical Review* No. 169. for *February.* 1770. p. 119. *Klotzii Act. Litter.* Vol. VI. Part. II. p. 178.=184. & auctores *Bibliothecae Philologicae* theotiscae, *Gottingae*, 1770. Tom. I. Part. II. p. 75.=80.) porro *Inscriptionibus antiquis, plerisque nondum editis* in *Asia minori & Graecia, praesertim Athenis*, collectis *cum Appendice. Exscripsit ediditque Ricardus Chandler, S. T. P. Coll. Magd. & Soc. Antiq. Socius. Oxonii.* 1774. fol. (Auctores *Bibliothecae Philologicae* theotiscae, *Gottingae*, 1775. 8. Tom. III. Part. II. n. II. p. 128.=138. & Part. III. n. II. p. 215.=241.) & tandem Itinere Asiatico, & Graeco: *Travels in Asia minor: or an Account of a Tour made at the Expence of the Society of Dilettanti. by Richard Chandler D. D. Fellow of the Society of Dilettanti and of the Society of Antiquaries. London.* 1775. 4. &: *Travels in Greece. or an Account of a Tour made at the Expence of the Society of* Di- |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | *Dilettanti, by the same Author, London,* 1776. 4. vtrumque & theotisce, *Reisen in Klein Asien, unternommen auf Kosten der Geselschaft der Dilettanti &c. Leipzig,* 1777. 8. (v. Auctores *Novae Bibliothecae* theotiscae *Lipsiensis*, 1777. 8. Tom. III. Part. I. n. VI. p. 106.=119. & Tom. IV. Part. I. n. VII. p. 107.=115.) & batave redditum est: *Reize door Klein Asie ondernomen op kosten van het Genootschap van Dilettanti door Richard Chandler,* &c. *uit het Engelsch vertaald, en met eenige aantekeningen vermeerdert door O. R. F. W. Winkelman. te Utrecht,* 1777. 8, item *Reize door Griekenland,* &c. *te Utrecht* 1777. 8. item *Reize door Griekenland* &c. *te Utrecht* 1779. 8. cum praefatione Cl. *Meinardi Tydemanni.* Cf. *I. I. Björnstählii* Iter, Part. I. p. 206. (*) Part. III. Sect. II. p. 332. &. Part. IV. p. 257. |
| | 1763. | *Jacobus van* VAASSEN, Zwolla-Salius, Philologus, & Archeologus, primum Roterodamensis, tum Alcmaranae Scholae, hoc iam anno ad Diatriben *de Censu Lustrali & Censoribus Romanis* conscribendam animum appulit, teste ill. *Ger. Meermanno* in *Observation. de origine Chartae*, p. 134, Hoc autem loco repetere nolo, quae de eius vita & scriptis antea disserui in Praefatione ad eius *Animadversionum Historico-Criticarum ad Fastos Romanorum Sacros Fragmenta, Trai. Rhen.* 1785. 4. p. I.—X. <br> Nat. 1739. =⊖ 1776. |

Ca-

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco. I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | 1764. | *Gabriel* FABRICIVS, (vulgo. *Fabricy*, ortu, vt suspicor, Gallo-Francus, Sacerdos ordinis Praedicatorum, Theologus Casanatensis, Historicus, & Criticus Ebraeus, hoc anno evulgavit Chronologiam variorum populorum, (*Recherches sur l'Epoque de l'equitation, ou l'on montre l'incertitude des tems historiques des peuples, relativement à cette date.* a *Rome*, 1764. 1765. duobus codicibus, tum librorum divinorum veteris Testamenti Criticen sub eiusmodi titulo elaboravit: *Titres primitifs de la Revelation, ou Considerations Critiques sur la pureté & l'integrité du Texte original des Livres saints de l'ancien Testament; dans lesquels on montre les avantages, que la Religion & les lettres peuvent retirer d'une nouvelle edition proiettée de ce texte, comparé avec les Manuscripts Hebreux, & les anciennes versions Grecques, Latines, & Orientales, par le R. P. Gabr. Fabricy, de l'ordre des Freres Precheurs. à Rome.* 1772. 8. duobus codicibus vid. *I. I. Björnståhlii Iter.* Part. I. p. 300 = 305. & Part. II. p. 59. |
| | 1764. | *Georgius Johannes Ludovicus* VOGEL, Feuchtwangensis Onoldinus, Philosophus & Philologus Ebraeus Academiae Halensis, variis recti in hoc literarum genere iudicii libris nomen sustinuit, tanquam *Dissertatione de dialecto poëtica divinorum Carminum V. T. Helmstadii* 1764. 4. *Alberti Schultens Commentario in Jobum in compendium redacto*, cui *Observationes criticas atque exegeticas adspersit*, *Halae.* 1773. 8. (*Nov.* |

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| *Principibus.* — *Francisco.I.* Caroli VI. genero. 1745. = 1765. | | (*Nov. Act. Erud.* 1775. *Augusto.* p. 404. = 407.) *Ludovici Capelli Critica sacra, seu de variis, quae in sacris veteris Testamenti libris occurrunt, lectionibus, Libris* VI. quos *recensuit, multisque animadversionibus auxit*, Tomo I. *tres priores libros* offerente, *Halae Magdeburgicae*, 1775. 8. typis descripto, *Tomo* vero II. *tres posteriores libros* comprehendente, quoniam interea *Vogelius* fato concesserat, recognito, *multisque animadversionibus* aucto, a *Johan. Gottfr. Scharfenbergio.* Ibidem, 1778. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1775 *Decembri*, p. 560. = 568.) item: *Hugonis Grotii Annotationibus in Vet. Testam. emendatius cum brevibus dilucidationibus* editis *Halae*, 1776. 4. mai. Tomis I. II. |
| | | Nat. 1742. = ⊖ 1776. |
| | | v. *Hambergeri Germania erudita.* p. 823. 824. cum *Meuselii* Supplem. I. p. 300. ed. secundae. & p. 1471. ed. tertiae. Vitam eius & scripta recensuisse dicitur *Joh. Andr. Michaël Nagelius*, in Programmate Academico, *Altorfi*, 1776. fol. quod non vidi. |
| | circa 1764. | *Nicolaus Ten* HOVEN, Triumvir A. A. A. F. F. vniversitatis Batauae, Historicus & Philologus Haganus, ad quem hoc anno suam *Dissertationem Homericam ad Porphyrium* miserat. amplisf. *R. M. van Goens.* Aliquot tamen annis post, vt non incertis mihi auctoribus constitit, elegantissimos de Mediceis Commentarios elaboravit, *Mémoires Genealogiques de la Maison* |

<table>
<tr><th>SAEC. XVIII.</th><th>AER. CHR.</th><th>PARS SEPTIMA.</th></tr>
<tr><td>Principibus.<br>—<br>Iosepho II. Francisci I filio.<br>1765.<br>=</td><td></td><td>son de Medicis, à la Haye, 1773. = 1775. 8. mai. octo codicibus, non duobus, vt falso mihi narratum erat, in Anal. Part. III. Onom. p. 660 eum certe librum omnium rarissimum habuit laudatus modo ante van Goensius, teste eius librorum Catalogo, Tom. II. p. 261. n. 11716. = 23. quae ratio forsitan subfuit, cur ibi adderetur: imprimés comme MSC.</td></tr>
<tr><td>1790.</td><td>1765.</td><td>Iohannes Ernestus FABER, Hildburghusanus, Philologus Ebraeus mox Ienensis, mox Kiloniensis, hoc anno de Canone, quo a sensu verborum proprio non esse facile recedendum praecipitur, Coburgi disseruit, tum Descriptionem Commentarii in Septuaginta interpretes, Gottingae, 1768. 4. & Archaeologiae Ebraeorum Partem primam, Halae, 1773. 8. perfecit, quam iure commendarunt Nova Act. Erud. 1775. Septembri. p. 439. = 446. & Cl. Io. Aug. Ernesti, in Novissima Bibliotheca Theologica. Tom. III. Part. IV. n. V. p. 337. = 352.<br>Nat. 1745. = ⊖ 1774. admodum iuvenis decessit.<br>vid. Hambergeri docta Germania, p 69. cum Meuselii Supplemento I. p. 60. 61. ed. secundae, vel p. 1459. ed. tertiae. — Christian. Godofred. Grunerus, Medicae artis Professor Ienensis, in Praefatione ad Io. Iac. Reiskii, & Io. Ernesti Fabri Opuscula Medica ex monimentis Arabum & Ebraeorum, Halae, 1776. 8. p. XXV. = XXXI.</td></tr>
</table>

*Abra-*

| SAEC. XVIII. | AER. CHR. | PARS SEPTIMA. |
|---|---|---|
| Principibus. *Josepho II. Francisci.I.* filio. 1765. = 1790. | 1765. | *Abrahamus* KALLIVS, Regiae Academiae Hafnienfi a Bibliotheca, & Philologus, hoc anno *Specimen Novae Editionis Sententiarum Theognidis Megarenfis, Poëtae antiquiffimi*, exhibuit in *Nov. Act. Erud.* 1765. *Septembri & Octobri*, p. 401.=427. & 1766. *Martio & Aprili*, p. 41.=72. |
| | 1766. | *Auguftinus* FABRONIVS, Prior Bafilicae Florentinae S. Laurentii, Academiae Pifanae curator, *Francifci*, filii *Leopoldi*, Regis Hungariae, Praeceptor, Hiftoricus, & Biographus, eo anno *Vitas Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo XVIII. floruerunt*, fcribere coepit, *Decade* I. *Romae*, 1766. *Decade* II. & III. *Pifis*, 1770. *Decade* IV. 1774. & *Decade* V. ibidem 1775. 8. typorum machinis excufa. Circa idem quoque tempus publice legendas obtulit, *Lettere inedite di Uomini illuftri*, *Florentiae*. 1773. vid. *I. I. Björnftählii Iter*, Part. II. p. 174. & Not. (21.) |
pag. ead. | 1737. | *Daniel Traugott* MVLLERVS, *Danielis*, Rectoris scholae Chemnicensis Filius, Chemnicensis, Rector primum Scholae Schneebergensis, tum Crucianae Dresenensis, ab hoc anno exercitationibus Scholasticis vario Programmatum genere prolusit, veluti *de dignitate Vestalium Chemnicii*, 1737. 4. *de caussis conviviorum nuptialium, Chemnitii.* 1739. 4. quod repetitum est in *Io. Gottl. Bidermanni Programmatum Literariorum Sylloge*, s. *Selectis Scholasticis*, Vol. I. Fasc. II. p. 732.=750. *Programmatibus tribus de contemtu eruditorum, Sneebergae.* 1747. & 1748. 4. *De Cacoëthe scribendi*, ad *Iuven. Sat.* VII. 50.=52. *Sneebergae.* 1748. 4. *Ad locum Horatii III.* Od. XXIII. 13.=16. *Explicatio-*

*catione de diis, victimis magnis non tentandis, Sneebergae.* 1748. 4.

Nat. 1713. = ⊖ 1772.

vid. *Hambergeri docta Germania*, p 498. ed. fecundae.

p. 545. poft *Johannem Jacobum Reiskium*, | 1737. | *Carolus Henricus* ZEIBICHIVS, Eulenburgenfis Saxo, *Chriftophori Henrici*, (de quo *Onom.* VI. 141.) Filius, *Gottl. Erdmanni* Frater, Philologus Academiae Vitembergenfis, hoc anno de *Chaldaicarum V. T. Paraphrafium apud Judaeos auctoritate*, *Vitembergae.* 1737. 4. & poftea de aliis feu Theologici, feu Hiftorici, feu Philologici argumenti locis egit,

Nat. 1717. = ⊖ 1763.

vid. *Nova erudita Europa*, Part. XX. p. 877. = 885.

p. 555. poft *Iohannem Frider. Falke*, | 1738. | *Johannes Michaël* FLEISCHMAN, Norimbergenfis, peritiffimus formularum Chalcographicarum artifex Harlemenfis, & Amftelaedamenfis.

Nat. 1701. = ⊖ 1768.

vid. *I. Enfchedé Proef van Letteren, welke gegoten worden in de Haarlemfche Lettergietereye.* 1768. 8. — *Chriftoph. Gottlieb von Murr Befchreibung der Merckwürdigkeiten in Nürnberg, und Altdorf. Nürnberg*, 1778. 8. p. 741.

Eadem pag. | 1738. | *Petrus* GEORGISCH, ICtus & Hiftoricus Halenfis, hoc anno edidit *Corpus Iuris Germanici antiqui, quo continentur Leges Francorum Salicae & Ripuariorum, Alamannorum, Boiuariorum, Burgundionum, Frifiorum, Anglorum & Werinorum, Saxonum, Langobardorum, Vifigothorum, Oftgothorum, nec non Capitularia Regum Francorum, vna cum Libris Capitularium ab Anfegifo Abbate, & Benedicto Levita collectis.* cum praefatione *Ioh. Gottlieb Heineccii de origine, fatis, & vfu Legum Salicarum. Halae.* 1738. 8. Idem quoque in ordinem coëgit *Regefta Chronologico-Diplomatica, in quibus recenfentur omnis generis Monumenta & Documenta publica, vti funt Tabulae conventionum, Foederum, Pacis, Armiftitiorum, Mutuae amicitiae, nec non Capitulationes, Concordata, Sanctiones Pragmaticae.* &c. *Francofurti*, 1740. fol. quatuor codicibus.

p. 563.

p. 563. post *Iohannem Dominicum Bertoli*, | 1739. | *Octavius*, BOCCHIVS, nobilis Adriensis Venetus, ICtus, & Archaeologus, hoc anno scripsit *Osservazioni sopra un antico Teatro scoperto in Adria. in Venezia.* 1739. 4. quae typis repetitae sunt in *Saggi di Dissertazioni. in Roma* 1741. 4. Tomo III. p. 67.=88.

Nat. 1697. = ☉ 1749.

vid. *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. III. voc. (*Ottavio*) *Bocchi*, p. 1396.=1398.

p. 569. post *Carolum Duclos*, | 1739. | *Thomas* MANGEART, Lotharingus, Sacerdos Benedictinus, & Archaeologus Caroli, Ducis Lotharingae, Bruxellensis, hoc iam anno aliquot Homilias edidit *Nanceii*, (*Octave de Sermons avec un Traité sur le Purgatoire. Nanci*, 1739. 12.) duobus codicibus. postea Bruxellis moratus dedit *Mémoires sur les Variations d'un Agathe*, & *sur un Medaillon d'or de l'Empereur Pertinax, par Don Thomas Mangeart, Antiquaire de S. A. S.* à *Bruxelles*, 1752. fol. & *Introduction à la Science des Medailles*, 1763. fol.

☉ 1763.

vid. *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. IV. p. 337. voc. pag. eadem. | 1739. | *Johannes Fridericus* BVRGIVS, Vratislaviensis, Theologus & Philologus eiusdem vrbis, hoc anno *Chrestomathiae Patristicae Graecae, sive Locis illustribus ex antiquissimis Patribus Graecis selectis* praefatus est *Vratislaviae*. 8.

Nat. 1689 = ☉ 1766. d. IV. Junii.

vid. *Jacob. Bruckeri Pinacotheca*, s. *Bilder-Sal.* Tomo II. Decennio VIII. No. 2. — *Christiani Adolphi Klotzii Elogium Io. Frid. Burgii, Theologi Vratislaviensis primarii. Halae*, 1767. 8. & in eius *Opusculis Philologicis & Oratoriis*, p. 87.=138.

ANA-

# ANALECTA & EMENDANDA

## PARTIS VII.

Ad p. 6. post *Albertum Mazzoleni*, | 1740. | *Paulus Maria* PACIALDVS, (vulgari dialecto: *Paciaudi*,) Teatinus Clericorum Regularium Presbyter, ordinis Equestris Hierosolymitani Historicus, regiaeque Parisiensis Academiae Inscriptionum, & bonarum literarum sodalis, Philologus, & Archaeologus, mox Romanus, mox Ferrariensis, & Parmensis, mox Taurinensis, hoc iam anno Orationem in honorem Thomae Aquinatis recitauit, (*Orazione in onore di S. Tommaso d'Aquino*) in Miscellaneis variorum Opusculorum, (*Miscellanea di Varie Operette*, *Venezia*, 1740. 12.) Tomo I. p. 449. seq. editam, proximoque anno Antiquitatem Ripae Transonae illustravit, (*Delle Antichità di Ripa Transona Dissertazione del P. D. Paolo Maria Paciaudi, Ch. R. T. al Signore Annibale degli Abbati Olivieri. Ferrara, XXII. Octobr.* 1741.) in Miscellaneis Variorum Opusculorum, (*Miscellanea di Varie Operette*, Tom. VI. Art. V. p. 73. =216.) deinceps non vnum eruditionis eius & ingenii famam nobilitavit scriptum, veluti: *Dissertazione sopra una Statuetta di Mercurio del Gabinetto di Signor Marchese dell' Ospital*, e Museo Marchionis Hospitalii Legati Regis Francicae ad Regem vtriusque Siciliae. *Neapoli.* 1747. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1752. *Februario*, p. 83. =87.) *Diatribe de veteri Christi crucifixi signo, & antiquis crucibus*, quae *Ravennae* sunt, in *Anton. Franc. Gorii Symbolis Literariis. Florentiae*, 1748. 8. Vol. III. p. 225. — *Osservazioni sopra alcune singolari estrane Medaglie*, (*falsamente credute esser dell' Imper. Alessandro Severo*,) *in Napoli.* 1748. 4. *De sacris Christianorum balneis Liber singularis. Venetiis*, 1750. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1755. *Septembris* Part. II. p. 543.=551.) *Diatribe, qua Graeci Anaglyphi interpretatio traditur. Romae*,

1751. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1754. *Augusto.* p. 475. = 478.) *Commentarius Epistolaris de rebus Sebastiani Pauli*, &c. cuius iam supra memini Part. VI. p. 354. Σκιαδιοφορημα, *s. de Vmbellae gestatione Commentarius*, *Romae.* 1752. 4. *De Beneventano Cereris Augustae Mensore* Ἐξηγησις. *Romae.* 1753. 4. (vid. *Commentarii Lipsienses Litterarii*, Tom. I. Sect. IV. *Lipsiae.* 1754. 8. p. 365. = 382.) tum inserta *Iohannis de Vita Thesauro Antiquitatum Beneventanarum*, *Romae*, 1754. fol. p. 329. = 350. *Antiquitates Christianae. Romae.* 1755. 4. & *de cultu S. Iohannis Baptistae.* ibidem. eod. a. 4. *Ad numos Consulares Triumviri M. Antonii Animadversiones Philologicae*, vbi accessit *Explicatio Tabulae Peloponnensis*, *Romae.* 1757. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1758. *Julio.* p. 385. = 397.) item *Monumenta Peloponnensia Commentariis explicita*, *Romae*, 1761. 4. duobus codicibus. (v. *Klotzii Acta Litteraria*, Vol. I. Part. II. n. IV. p. 161. = 179.) *Squarcio di Lettera sopra la Città d'Eraclea, o d'Ercolano*, in *Raccolta d'Opusculi Scientifici e Filologici.* Tom. XXXVIII. p. 349. = 354. *Dissertatione intorno ad un' antica Iscrizione.* ibidem Tom. XLII. p. 341. seq. — Quaedam eius Epistolae ad *I. M. Gesnerum*, & huius vicissim ad *Pacialdum* extant in *I. L. Vblii* V. C. *Sylloge Nova Epistolarum*, *Norimbergae.* 1761. 8. Vol. II. p. 87. = 108.

vid. *Björnståhls Reizen*, Part. II. p. 263. & 267. item *Franc. Anton. Vitale*, in Praefatione, ad *binas veteres Inscriptiones L. Aurelii Commodi Imperatoris. Romae.* 1763. 4. p. 7. = 12.

p. 7. ad GUYON lin. 25. Integrum eius nomen est: *Claudius Maria* GVYON. — lin. 30. plures eius libros indicarunt Auctores *Nouveau Dictionaire Historique*, *ou Histoire abregée de tous les hommes*, *qui se sont fait un nom*, *par le Genie. à Caën.* Tom. III. p. 404. voc.

⊖ 1771.

p. 8. ad PELLVTERIVM. lin. 18. *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. V. p. 274. 275. voc.

p. 10. ad SEGUIERIVM. lin. 9. Jeiune de eo egerunt aucto-

auctores Lexici Hiſtorici, *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. VI. p. 249. voc.

p. 11. ad VOLTARIVM. lin. 16. Nat. 1694. — p. 12. ad eumdem, lin. 2. Clar. *I. A. Erneſti* in novitiis Epicureis habere videtur. vid. eius *Initia Rhetorica* Part. I. c. XII. §. 168. — lin. 12. *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. VI. p. 747.=755.

p. 16. ad FREDERICVM II. lin. 26. addantur: *Oeuvres de Frederic II. Roi de Pruſſe, publiées du vivant de l'Auteur, à Berlin*, 1789. 4. Tomis quatuor. Summae animi & corporis eius virtutes haud obſcure cognoſcuntur cum e *Ioh. Georg. Zimmermanni* Colloquiis cum Rege habitis, tum ex *Antonii Friderici Buſchingii Charactere Friderici II. Regis Boruſſiae.*

p. 20. ad KVSTNERVM. lin. 11. Sect. II. p. 220. & Sect. IV. ſ. Supplem. II. p. 772. ed. primae. vel p. 390. ed. ſecundae.

p. 22. ad LEICHIVM. lin. 15. *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. IV. p. 77. voc.

p. ead. ad MYLIVM. lin. 16. Buttſtadio-Thuringus, lin. 18. non biennio, ſed quadriennio citius. Edidit enim *Diſſertationem Philologico-Criticam de Elegantia compoſitionis apud Graecos & Latinos, praeſertim de Idearum apud eoſdem elegante combinatione. Jenae*, 1736. 4.

pag. 23. ad eumdem, lin. 8. *Memorabilibus Bibliothecae Academicae Jenenſis. Jenae*, & *Weiſſenfelſae.* 1746. 8. lin. 12. Nat. 1710.= Θ.... Imago eius ante *Memorabilia.* &c.

p. 25. ad ZINZENDORF*ium*, lin. 2. atque imago eius praemiſſa eſt verſibus quibuſdam Batavis: *Op de Afbeelding van den Heer Graef van Zinzendorf, Stichter, Hooft, en Voortplander der Herrnhutſche Secte.* 8. ſine anno & loco. — lin. 20. *Catalogus Bibliothecae Bunavianae*, Tom. III. Vol. II. p. 1072.=1074. &

p. 26. ad HOGARTHVM. lin. 28. *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. III. p. 526. 527. voc.

p. 27. ad *Van der* SCHELLING. lin. 21. immo liber eius *Hollands Tiend-Regt, Rotterdam*, 1727. 8. longe citius eum innotuiſſe ſignificat.

p. 28. poſt *Johannem Franciſc. Ioſephum Bagnolo*, | 1741. |

 Caie-

*Caietanus* CENNVS, Basilicae Vaticanae Presbyter beneficiarius, Historicus, hoc anno *De Antiquitate Ecclesiae Hispanae Dissertationes in duos Tomos* distributas vulgavit. quibus *praemittitur Codex veterum Canonum Ecclesiae Hispanae ex genuina Conciliorum & decretalium Epistolarum collectione S. Isidori Hispalensis, quo illustratur antiquitas Ecclesiae, praesertim Occidentalis. Romae.* 1741. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1746. *Augmsto.* p. 451. = 464.) deinde *Monumenta dominationis Pontificiae*, sive *Codicem Carolinum iuxta Autographum Vindobonense, Epistolas Leonis III. Carolo Augusto, Diplomata Ludovici, Ottonis, & Henrici, Chartulam Comitissae Mathildae, & Codicem Rudolphinum ineditum, Chronologia, Dissertationibus, & Notis* illustravit *Romae*, 1760. 4 duobus codicibus. quorum tamen nonnulla si quis denuo ad veri & fidei leges revocare velit, non parum gratiae apud historiae studiosos inierit.

pag. 32. post *Iohannem Basilium Fenel*, | 1741. | *Johannes Gottlieb* BIDERMANNVS, Numburgensis, Philologus primum scholae illius oppidi, tum Freybergensis, ab hoc anno non tantum *Acta Scholastica* digessit, *worinnen nebst einem gründlichen Auszuge derer Programmatum der gegenwärtige zustand der berühmtesten Schulen entdeket wird, Leipzig, und Eisenach*, Vol. I. 1741. 1742. Vol. II. 1742. 1743. 8. sed etiam mox ipse aut variis Prolusionibus Exercitationes Scholasticas edixit, aut aliorum rursus minores eiusmodi libellos in vnum redegit corpusculum. Cuius studii testes sunt haec potissimum scripta: *De insolentia titulorum librariorum, Numburgi*, 1743. 4. *De religione eruditorum. Numburgi*, 1744. 4. *Commentationes II. de viris Scholasticis in scholas liberalibus. Numburgi*, 1745. 4. *De Diis gentium flagitiosis, & iniustis. Numburgi.* 1745. 4. *Programmatum Literariorum Sylloge*, sive *Selecta Scholastica, in quibus Programmata ex scholis sacri, philologici, philosophici, & historici argumenti, eaque melioris notae coëunt. Numburgi*, 1745. 8. duobus codicibus. — *Meletematum Philologicorum Fasciculus I. Numburgi.* 1746. 4. *De veterum poculis Grammaticis, Freibergae.* 1748. 4. *Templorum Concordiae & Pacis Delineatio. Freybergae*, 1748. 4. *Otia literaria varii argumen-*

ti

*ti.* cum praefatione *Io. Laur. Moſhemii*, *Lipſiae.* 1751. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1755. *Octobri.* p. 621.=623.) pluresque aliae id genus diſputationes, quas magno numero effudit, a *Strodtmanno*, *Harleſio*, & aliis diſcendae.
Nat. 1705.= ☉ 1772.

vid. *Ioh. Chriſtoph. Strodtmanni Geſchichte ietztlebender Gelehrten*, Part. X. p. 419.=440. & *Ferd. Stoſchius* in Supplementis ad Hiſtoriam vitae Bidermanni, p. 252.= 259. *Part.* XIII. *Novae eruditae Europae.* — *Theophil. Chriſtoph. Harleſius*, de vitis Philologorum noſtra aetate Clariſſimorum, Vol. II. p. 137.=162. — *Hambergers Gelehrtes Teutſchland*, Part. I. p. 29. ed. primae.

p. 33. ad HOERIVM. lin. 28. (*Nov. Act. Erud.* 1751. *Januario*, p. 44.=48.) Satis ineptus videtur eſſe eius libellus: *Auguſta Numiſmata fide numorum, Sigillorum, Hiſtoricorum, Chronologorum, Criticorumque ſic recuſa, vt ſua cuiuſque Romani Imperatoris facies accurate exprimatur, & vita breviter narretur. Miſenae.* 1744. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1745. *Junii* Parte I. p. 334.=336.)

p. 34. ad MAYERVM. lin. 16. *Nouveau Dictionaire Hiſtorique*, Tom. IV. p. 462.=464. voc.

ead. pag. ad PAGENSTECHER, lin. 18. Groninganus, ICtus, & Philologus primum Lingenſis, mox Hammonenſis Gymnaſii, tandem Rheno-Duisburgenſis Academiae. Nat. circa 1696.= ☉ 1752. vid. *Ioann. Hildebrandi Withofii Pietas Academica*, *ſ. Oratio in obitum Henr. Theod. Pagenſtecheri. Duisburgi* ad *Rhenum.* 1752. 4.

p. 35. ad ROSE. | Neo-Rupinenſis. Nat. 1718. d. XVIII. Febr.= ☉ 1786. d. 10. Januar.

p. 40. poſt *Waltherum*, | 1741. | *Iohannes Fridericus* WEIDLERVS, Mathematicus, & Aſtronomus Academiae Vitembergenſis, cuius eſt primum *Hiſtoria Aſtronomiae, ſive de ortu & progreſſu Aſtronomiae Liber ſingularis. Vitembergae*, 1741. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1742. *Junii* Parte I. p. 311.=315) deinde: *Inſtitutiones Aſtronomiae ſelectis obſervationum & calculorum exemplis illuſtratae*, *Vitembergae.* 1754. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1754. *Novembri*, p. 658.=660.) & tandem *Bibliographia Aſtronomica temporis, quo libri vel compoſiti, vel editi ſunt, ordine*

*feruato, ad fupplendam & illuftrandam Aftronomiae hiftoriam digefta. Accedunt Hiftoriae Aftronomiae Supplementa. Vitembergae.* 1755. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1755. *Septembris* Parte II. p. 551. 552.)

p. ead. poft *Nordenium*, | 1741. | *David* HVME, Edinburgenfis ICtus, Hiftoricus, & Philofophus Anglo Britannus, hoc anno in lucem protulit *Effays Moral and Political. Edinburgi* 1741. 12. quae fpecimina francice reddita funt 1758. 12. duobus codicillis. Mox de Philofophia morali pariter atque civili nec non Hiftoria Angliae ita meruit, vt libri eius avide emerentur & legerentur. Sunt autem huiufmodi: *Enquiry concerning the Principes of Morals, London*, 1751. 12. — *Political Difcourfes. Edinburg.* 1752. 8. (*Relationes de Libris novis. Fafc.* VII. n. XI. p. 200.=233.) *Letters on his Hiftory of Great Britain. Edinburg*, 1756. 8. *Remarks on his Effay on the Natural Hiftory of Religion, London.* 1757. 8. *The Hiftory of England unter the Houfe of Tudor, London.* 1759. 4. duobus codicibus, quae francica civitate donata eft hoc fub titulo: *Hiftoire de la Maifon des Tudors fur le Thrône d'Angleterre, Paris*, 1763. 4. — *The Hiftory of England from Iulius Caefar's Invafion to Henry VII. London*, 1762. 4. itidem francice verfa: *Hiftoire de la Maifon de Plantagenet fur le Thrône d'Angleterre, depuis l'invafion de Jules Cefar jufqu'à l'avenement de Henry VII. Paris.* 1765. 4. duobus codicibus, poft eius mortem prodierunt: *Effays and Treatifes on feveral Subjects. London*, 1777. 8. *The Hiftory of England, London.* 1778. 8. octo codicibus. *Dialogues concerning Natural Religion.* 1779. 8.

Nat. 1711.= ☉ 1776.

vid. *His Life by him felf, publifhed by Adam Smith. London.* 1777. 12. *Supplement to his Life, London.* 1777. 12. *Apology for his Life and Writings, London.* 1777. 12. (quae ipfa vita auctoritate viri ampliff. *R. M. van Goens*, vt ipfe teftatur in *Berigt rakende de Recenfie van zyne Vertaling* &c. *Utrecht* 1775. 8. p. XXXVI.) in batavam dialectum converfa eft: *Het Leven van David Hume, Schildknaap, befchreven door hem zelver, en verzierd*

*met*

*met syn Portrait*, *Amsterdam.* 1777. 8. — *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. III. p. 569. 570. voc.

| circa 1741. | *Eduardus* YOUNG, Poëta Anglo-Britannus cuius Noctes, aliaque carmina laudibus celebrantur. Nat. 1684. = ⊖ 1765.

vid. *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. VI. p 814. voc.

p. 41. ad TVNSTALL, lin. 21. (v. *Onomast.* P. I. p. 158.) lin. 27. (*Nov. Act. Erud.* 1747. *Julio.* p. 407.)

p. 42. post *Vptonum*, | circa 1741. | *Jacobus* WATTS*ius*, Theologus, Philosophus, & Dialecticus Londinensis, circa hunc annum primam Libri partem *de ingenii cultura* in vulgus emisit.

v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 2163. f. & *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. VI. p. 775. voc.

p. 52. ad SCHRADERVM, lin. 32. *Specimen Observationum*, disceptationis Academicae causa propositum, *Franequerae*, 1772. 4.

p. 53. post *Ballarini*, | 1743. | *Guido* FERRARIVS, Sacerdos Iesuita, Orator, & Historicus Mediolanensis, hoc anno *Julii Caesaris Brusati*, itidem Jesuitae, *Vitam* scripsit, argumento finis illius vitae, quae extat in *Calogerae Sylloge Opuscul. scientif.* Tom. XXXII. p. 299. = 332. tum eo non refragante *Iulius Cordara*, itidem Iesuita, ipsius *de rebus gestis Eugenii Principis a Sabaudia Bello Pannonico Libros III.* edidit *Romae*, 1747. 4. quos typis recudendos curauit *Corn. Valer. Vonck*, *Hagae in Batavis*, 1749. 8. idemque *Vonckius* eius *de Politica arte orationem dictam Idibus Januariis* 1750. primum vulgauit *Noviomagi*, 1750. 4. *Epistolae* eius *de Institutione adolescentiae*, *Mediolani*, 1750. 8. cum laude meminit vir praestantissimus *Petr. Anton. Crevenna*, *Ferrarii* discipulus, *in Catalogo Bibliothecae* suae, Vol. II. p. 79. 80. edit. quartae formae, qui plures etiam praeceptoris sui libros & orationes indicavit. Vol. V. p. 188. 189. Moratu sane dignae sunt eius *Inscriptiones*, *Epistolae*, & *Dissertationes*, *Mediolani*, 1765. 8. (*Nov. Act. Erudit.* 1764. *Maio* & *Junio.* p. 103. = 108.)

vid.

vid. laudatus modo ante *Crevenna*, in *Catalogo*, Vol. V. p. 190. 191. Eius latine scribendi facultatem praedicat Cl. *Wyttenbachius* occasione *Narrationis de insigni singularique Sicario*, 1782. 4. in *Bibliothecae Criticae Parte Octava*, p. 133. 134.

p. 54 post *Ricolvi & Rivautella*, | 1743. | *Franciscus Antonius* ZACHARIAS, (vulgari dialecto: *Zaccaria*) Sacerdos Iesuita Mediolanensis, vt puto, sed mox huc mox illuc habitans, primum duci Mutinensi a Bibliotheca, adeoque Muratorii successor fuit, deinde Pistoriae, Augustae Taurinorum, & Romae vixisse videtur, Philologus, Historicus, & Archaeologus. Hoc anno *Epistolam ad Hieronymum Logomarsinium de MSC. Codicibus* scripsit, *qui in Bibliotheca Pistoriensis, vt aiunt, sapientiae adservatur*, in *Sylloge Opusculorum scientificorum*, Tom. XXX. p. 435.=486. obviam, vbi etiam alia similis Epistola ad *Iosephum Scarampum* legitur, p. 487.=501. biennio post A. 1745. *In Titi Flavii Clementis viri Consularis, & Martyris Tumulum ab Edwardo de Vitry inlustratum Paralipomena* conduxit Pisauri, quae ibidem Tom. XXXIII. p. 343.=434. locum invenerunt, iisdemque statim accessit *Epistola de coniectura Petri Polidorii in postremum versum Epitaphii S. Flavii Clementis*, eodem A. 1745. in iisdem *Calogerae Opusculis*, Tom. XXXIV. p. 229.=239. postea *Ordinem ad Catechumenum faciendum ex veteri Codice Bibliothecae Magliabechianae eruit, & adnotationibus illustravit* A. 1747. in eadem illa *Sylloge*, Tom. XXXVI. p. 89.=133. mox Epistolam, Mediolani datam, misit ad *Hannibalem de Abbatibus Oliverium Pisaurensem, de Benedicti Jovii Comensis Collectaneis Inscriptionum*, in *Calogerae Opusculis*, Tom. XL. a p. 417. & in *Miscellaneis Lipsiensibus Novis*, quasi anecdota esset, Vol. X. Part. II. a p. 238.=253. vulgatam, vti etiam alias subinde Epistolas *Anton. Franc. Gorii Symbolis literariis* inserendas curavit, tamquam A. 1749. *Lettere sopra alcune Antichita di Pisa*, in Vol. IV. p. 177. & Vol. VI. p. 161. *Epistolam, qua basis marmoreae Ariminensis Inscriptio militaris recens inventae illustratur.* ibid. Vol. IV. p. 143. item: *de quatuor Illiberitanis vetustis*

*lapi-*

*lapidibus Diatriben Epistolarem ad Petrum Gradonicum, Patricium Venetum, Florentiae*, 1756. ibidem, Vol. X. p. 177.=187. Maiora vero eius opera sunt: *Cremonensium Episcoporum series a Ferdinando Vghellio primum contexta, deinde a Nicolao Coleto aliquantulum aucta, nunc tandem a Francisco Antonio Zacharia restituta, emendata, pluribusque ineditis documentis locupletata. Accedit dissertatio de Cremonae origine, amplitudine, veteribus aedificiis, caede, instauratione, deque Catholicae fidei & Episcopalis sedis apud Cremonenses primordiis* &c. *Mediolani*, 1749. 4. (*Nov. Act. Erud.* 1752. *Augusto*, p. 447.=455.) *Bibliothecae Pistoriensis & Anecdotorum medii aevi Collectio, Augustae Taurinorum*, 1752.=1757. fol. duobus codicibus. — *Iter Literarium per Italiam, Venetiis*, 1762. 4. duabus partibus. — *Istituzione Antiquario-Lapidaria o sia Introduzione allo studio delle antiche Latine Iscrizioni in tre Libri proposta.* in *Roma*, 1770. 8. (*Jo. Christ. Gatterer Historisch Journal*, Part. V. p. 275.=283.) *Zachariam* vero huius libri auctorem esse patet ex *Angeli Fabronii vitis Italorum, doctrina excellentium. Romae*, 1770. 8. nominatim e vita *Raphaël Fabretti*, *Decade* III. p. 193. tandem *Istituzione Antiquario-Numismatica o sia Introduzione allo studio delle antiche Medaglie in due libri proposta dall' Autore dell' Istituzione Antiquario-Lapidaria, in Roma*, 1772. 8.

v. *Björnstähls Reizen*, Part. II. p. 82.

p. 56. ad *Leonem* MENARDUM. lin. 16. apud Auctores Lexici novi Historici, *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. IV. p. 492. voc. dicitur Natus esse 1706.=⊖ 1767.

p. eadem, post *Menardum*, | 1743. | *Franciscus* OVDINVS, f. ODINVS, Vignoriensis Campanus, sacerdos Iesuita, Philologus, & Biographus Divionensis, iam antea fortassis in patria clarus, ab hoc vero anno exteris notior factus, postquam eius *de Virgiliano Culice Disceptatio, in Miscellaneis Observationibus Criticis Novis Iac. Philipp. Dorvilii*, Tom. IV. p. 307.=316. tum A. 1744. *Varia* ibidem, Tom. V. p. 403. cum *Iohannis Buherii* qui-

quibusdam scholiis = 436. & *Mantissa Iac. Phil. Dorvilii*, ibidem, p. 475. = 484. nec non eiusdem *Aduersaria Critica*, A. 1751. ibidem, Tom. X. = XII. p. 435. = 476. legebantur, intereaque *Commentarium de vita & scriptis Ioannis Buherii*, *Herodoteis* eius Dissertationibus subiectum, evulgaverat *Divione*, 1746. 4. vbi se ipse *Odinum* nominat.

Nat. 1673 = ☉ 1752.

vid. *Melanges Historiques & Philosophiques de Mr. Michault. Paris.* 1754. 12. Tomo secundo. — *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. V. p. 172. 173.

p 59. ad TVSTANVM, lin. 8. praesertim cum auctores Novi Lexici Historici, (*Nouveau Dictionaire Historique*) Tom VI. p. 584. voc. (*Charles François*) *Toustain*, eius libri non meminerint.

p. 65. ad HOMMELIVM. lin. 13. Imago eius ante *Litteraturam Iuris*.

p. 66. ad STOSCHIVM. lin. 27. mox Gymnasii regii Berolinensis. — lin. 33. Nollem tamen praeterita esse haec: *Syntagma Dissertationum septem de Nominibus totidem vrbium Asiae, ad quas D. Iohannes in Apocalypsi Epistolas Filii Dei direxit. Guelferbyti*, 1757. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1762. *Martii* Part. II. p. 125. = 134.) *Antiquitatum Thyatirenarum* Libros II. *Zwollae*, 1763. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1763. *Augusto*, p. 395. = 400.) & *Musei Critici Volumen I.* quatuor Fasciculos exhibens, *Lemgoviae*. 1774. 1775. & *Volumen II.* vno Fasciculo absolutum, ibid. 1777. 8. — p. 67. lin. 6. cum *Meuselii* Supplemento. p. 496.

p. 67. ad STRVCHTMAYER | non ita scribendus est, sed STRVCHTMEYER eiusque libris addi possunt *Rudimenta graeca maximam partem excerpta ex Ioann. Verweyi via docendi graeca, quae ad Systema Analogiae, a Tiber. Hemsterhusio inventae, effinxit, & passim emendauit Everard. Scheidius, Zutphaniae.* 1784. 8.

p. 70 ad BANDINIum | *Catalogum* quoque dedit *Latinorum Codicum Bibliothecae Mediceae Laurentianae, Florentiae*, 1774. tribus codicibus — lin. 14. *Gerardo Heerkens*

*kens Notabilium* L. IV. p. 161. *vir* dicitur *si quis alius Florentiae eruditus & comis.* cur vero *Francisci* ipsum praenomine venire iubeat, nescio.

p. 70. post *Bandinium*, | 1744. | *Josephus Clemens* BINI, Sacerdos Florentinus, & Archaeologus, hoc anno dedit *Literas Gualfondianas*, e villa quippe sua *Gualfonda* ad *Drakium*, nobilem Anglum, missas. *Lettere Gualfondiane sopra qualche parte dell' Antichità Etrusca, in Firenze*, 1744. 12.

p. 76. ad Belleium, | lin. 8. *Observations sur l'Ere de Bithynie.* (*Histor. Acad.* Vol. XLII. p. 44.=47.) *Observations sur la Province de Bithynie.* (ibidem, p. 48.=54.) *Observations sur les Lettres Numérales Grecques, gravées sur les Medailles de plusieurs Villes de Pamphylie, & de Pisidie.* (ibidem. p. 55.=59) *Mémoire sur l'ordre Chronologique des Imperatrices, Femmes D'Elagabale,* (ibidem. p. 60.=65.)

p. 81. post *Dommerich*, | 1744. | *Christianus Fürchtegott* GELLERTus, Haenichenensis Misnicus, popularis & tribulis meus, Philosophus, Rhetor, & Poëta theotiscus Academiae Lipsiensis, hoc anno *Dissertationem* cum suam *De Poësi Apologorum eorumque Scriptoribus*, vna cum socio suo *Joh. Andrea Cramero*, Joestadio Misnico, laudabiter defendisse, *Lipsiae* 4. etiamnunc probe memini. non minoris elegantiae fuit, quam aliquot annis post edidit, *pro comoedia commovente Commentatio, Orationi aditiali praemissa, Lipsiae*, 1751. 4. Quantum vero ipsi cum Philosophia vitae, tum omne genus poeticae facultatis, literaeque theotiscae debuerint, tot eius carminum, Apologorum, Epistolarum, Narrationumque vrbanitas demonstrat, quae omnia eius scripta secundum alios sigillatim enarrare non est opus.

Nat 1715. = ⊖ 1769 d xiv. Dec.

Icon eius frequenter passim occurrit.

vid *Hambergeri docta Germania*, Part. I. p 117. ed. primae. — *Elogium viri clarissimi & amplissimi Christi. Fürchtegott Gellerti, publice scripsit Jo. Aug Ernesti. Lipsiae* 1770. 4. — *Eloge de Msr. Gellert par Mr. Huber*, in limine libri, cui titulus: *Lettres choisies de Msr. Gellert traduites de l'Allemand par Mr. Huber. précédées de l'Eloge de l'Auteur,*

*suivies de quelques Lettres de Mr. Rabener. &c. Leipzig.* 1770. 8. — *C. F. Gellerts Briefe, nebst einigen damit verwandten Briefen seiner Freunde nach seinen Tode herausgegeven von J. A. Schlegeln, und Andr. G. L. Heyern, nebst dessen Leben von Joh. Cramer, Liepzig.* 1774. 8. Quotporro carminibus, libris, libellis, mors eius a multis defleta fuerit; e Bibliotheca communi, (*Allgemeine deutsche Bibliothek*) Tom. XV. Part. II. p. 445.=459. cognosci poterit. Interea praeterire non possum, *Gellertum* a *Io. Matthi. Gesnero*, viro laudatissimo, laudatum esse *linguae Germanicae auctorem classicum*, ad *Isagog.* §. 95. p. 106. & *inter narratores suavissimos* relatum esse, ad. §. 649. p. 532. Tom. I.

e4 1. pag. post *Gellertum*, | 1744. | *Antonius de* HAEN, non infimae caveae Medicus Academiae Vindobonensis, hoc anno Historiam Anatomico-Medicam morbi miri incurabilis, medicos pessime fallentis, *Hagae Comitum*, 8. prodire iussit. Ceterorum eius scriptorum censum egit *Hambergerus*, in *Germania erudita*, p. 391. ed. tertiae, & *Meuselius*, in Supplemento eiusd. edit p. 180. ⊖ 1776.

p. 81. ad HEVSINGERVM. lin. 26. item patris sui *Emendationum Libros & Antibarbaras latini sermonis Observationes* edidit *Gothae*. 1751. 8.

p. 82. ad MVNTHE, | Nat. 1705.=⊖ 1763.

p. 86. ad VONCK, lin. 21. inseratur: *Guidonis Ferrarii de Politica arte Oratio*, primum edita *Noviomagi*. 1750. 4.

p. 87. ad CARLI. lin. 19. Etsi iam superioribus annis, tamquam A. 1741. numos quosdam Foroiulienses & Aquileienses recognovit, (*Lettera del Conte Gianrinaldo Carli intorno ad alcune Monete, che nelle Provincie del Friuli e dell' Istria correvano ne' tempi del Dominio de Patriarchi Aquileiesi*) in *Calogerae Sylloge Opusculorum Scientificorum*, Tom. XXV. 117.=151. biennio post A. 1743. de Antiquitate vrbis Iustinopolitanae pluribus disputavit, (*Delle Antichità di Capodistria Ragionamento, in cui si rappresenta lo stato suo à tempi de Romani, e si rende ragione della diversità de suo nomi*) in iisdem *Calogerae*

Opu

*Opuſculis*, Tom. XXVIII. p. 169.=329. inſertis vbique pluribus veterum lapidum titulis, tum de Indole fabularum tragicarum Orationem etruſcam habuit *Venetiis*, 1744. (*Dell' Indole del Teatro Tragico Diſcorſo Accademico recitato* &c.) in iisdem *Calogerae Opuſculis*, Tomo XXXV. p. 147.=220. tamen inprimis

p. 92. ad BACHIVM. lin. 1. corrige: Hohendorpienſis, lin. 18. *Zacharia.*

p. 93. poſt *Bachium*, | 1745. | *Erhardus Andreas* FROMMANNus, Wiſenfelda-Coburgenſis, Theologus, Philologus, & Hiſtoricus illuſtris Gymnaſii Coburgenſis, multarum diſputationum, Proluſionumque Philologici & hiſtorici argumenti ab hoc anno probabilis auctor, quas omnes enarrare putidae, & poſt *Harleſium* inutilis foret diligentiae,

Nat. 1722.= ○ 1774.

vid. *Theophil. Chriſtoph. Hardeſius*, v. c. *De vitis Philologorum* Vol. II. p. 63.=80. — *Hambergeri docta Germania*, Part. I. p. 111. ſ. & Part. III. p. 633. it. Sect. IV. ſ. Supplement. II. p. 735. ed. primae. vel p. 200. cum *Meuſelii* Supplemento. p. 72. ed. ſecundae.

p. 93. poſt *Hopfium*, | 1745. | *Fridericus Wilhelmus* JERVSALEM, Oſnabrugenſis, Abbas Marienthalenſis, tum Riddags-huſanus, Theologus, Philoſophus, neque vulgaris Orator theotiſcus apud Guelferbytanos & Brunsvicenſes, hoc anno viam & rationem Collegii Carolini deſcripſiſſe dicitur, (*Entwurf von der Einrichtung des Collegii Carolini zu Braunſchweig.*) Quid porro Homiliarum, aut Obſervationum Philoſophicarum de cultu Chriſtiano literis conſignaverit, iſtud omne ſigillatim a me enarrari nemo velit, niſi repetundarum accuſator.

Nat. 1709.= ⊖ 1789.

Eius Icon extat ante Tomum XVIII. *Bibliothecae communis theotiſcae*, *Berolini*, & *Stetini*, 1772. 8. & de monumento ſepulcrali in aede *Riddagshuſana* ipſi a Celſiſſima Principe *Philippina Charlotta* poſito, operae praetium eſt legere eiusdem *Bibliothecae* Auctores, Tom. XC. Part. II. p. 617. 618.

vid. *Ioh. Chriſtoph. Strodtmannus*, in Hiſtoria viventium

adhuc virorum doctorum (*Geschichte ietztlebender Gelehrten*) Part. X. p. 331. = 345. — *Hambergeri docta Germania*, Part. II. p. 181. 182. it. Sect. IV. s. Supplem. II. p. 759. ed. primae, vel p. 329. 330. cum *Meuselii* Supplem. p. 130. ed. secundae, vel p. 514. 515. cum *Meuselii* Supplem. p. 231. 232. ed. tertiae. vel *Part.* II. p. 219. 220. cum *Meuselii* Supplemento I. p. 311. ed. quartae. — *Jo. Matthi. Gesnerus*, ad *Isagogen*, §. 1239. p. 478. 479. & ad §. 1269. p. 506. Tomo II. vbi *vel tu Deum*, inquit, *nunc Philosophorum dicas*, vel *plane divinum*.

p. 96. post *Reinhardum*, | circa 1745. | *Johannes Christophorus* STRODTMANN*us*, Velavia-Borussus, Rector primum Gymnasii Haarburgensis, tum Osnabrugensis, Philologus, & Biographus, hoc anno *Rathlefianum* Opus Biographicum, quod sub titulo: *Geschichte ietzlebender Gelehrten* prodierat, a Parte scilicet IX. vsque ad XII. *Zellae*. 1745. = 1747. 8. ita persecutus est stilo, vt deinceps ipse Vitas hominum eruditorum nouam eiusmodi formam tituli ostendere iuberet: *Das Neue Gelehrte Europa, als eine Fortsetzung der dreyen Werke*, &c. cuius tamen libri non plures scripsit partes, quam octo, *Wolfenbuttelae*, s. *Guelferbyti*, 1752. = 1756. 8. (*Nov. Act. Erud.* 1756. *Maio*. p. 277. = 282. & 1757. *Februario*. p. 93. = 96.) illo vero anno 1756. vitam cum morte commutauit, teste *Ferdinando Stoschio*, in Praefatione Partis VIII. qui laborum eius socius & successor fuit. Ceterum haud indignae memoratu sunt *duae* eius *Centuriae differentium apud Latinos vocum ab Ausonio Popma vel omissarum, vel curatius explicandarum*, in *Actis Societatis Latinae Jenensis*, Volumine II. *Jenae*, 1753. 8. p. 51. = 103. & Volumine III. p. 56 = 114.

p. 97. Richardus DAWES pro *Richatdus*.

p. 99. lin. 29. *genere* non *generere*.

p. 100. ad BONAMICVM, lin. 16. Singularia quaedam de eo narravit *Ger. Nic. Heerkens*, *Notabil.* L. III. p. 56. = 60. & L. IV. p. 193. f.

p. 100. post *Bonamicum*, | 1746. | *Joannes* PINIVS, So-

Societatis Iesu Theologus, & Historicus Romanus, hoc anno *Liturgiam Mosarabicam*, *Tractatum Historico-Chronologicum* de *Liturgia antiqua Hispanica*, *Gothica*, *Isidoriana*, *Mosarabica*, *Toletana mixta*, *ex Hispaniae conciliis*, *Romanorum Pontificum gestis*, *Regum Hispanorum Diplomatibus*, *aliisque ad praesens institutum repertis documentis*, *cum additionibus*, *Scholiis*, *& variantibus lectionibus ad vetustissimorum Codicum fidem exactis* collegit & digessit, *Romae*, Fol. Tomis duobus. (v. *Nov. Act. Erud.* 1752. *Martii* Parte II. p. 145.=149. & 1758. *Februario*, p. 85.=92.)

pag. eadem, post *Pinium*, | 1746.) *Johannes Lucas* ZVZZERI, Sacerdos Jesuita, Archaeologus, & Philologus Venetus, cui hoc anno duas debemus Diatribas: *D'una antica Villa scoperta sul dosso del Tusculo*, (quam Tusculanam Ciceronis villam eodem in loco sitam esse putat, vbi nunc est *Ruffinella*,) *e d'un antico Orologio a Sole tra le rovine della medesima ritrovato Dissertazioni due.* in Venezia, 1746. 4. eodemque anno fatis functo, duas alias Dissertationes, editore G. L. d. C. d. G. accepimus, *Sopra una Medaglia di Attalo Filadelfo*, *e sopra una parimente d'Annia Faustina*, *altre due Dissertazioni*, *composte dal Padre Gio. Luca Zuzzeri*, *della Compagnia di Gesu.* in *Venezia.* 1747. 4.

p. 105. lin. 1. Carolus *Christianus.*

p. 110. lin. 8. SABBATINVS, non *Sabbatinus*, tanquam Praenomen, lin. 14. *Journal des Savans*, Tom. 139. p. 251. & 551. Idem vetustum Kalendarium Neapolitanum novem Tomis illustrauit, (*Il vetusto Calendario Napoletano, nuovamente scoperto con varie note illustrato dal P. D. Lodovico Sabbatini d'Anfora*, *Prete della Congregazione de Pii Operari. Napoli.* cum tabulis aeneis IX. Tomo I. *Januarium*, Tomo II. *Februarium*, Tomo III. *Martium*, Tomo IV. *Aprilem.* 1744. Tomo V. *Maium*, Tomo VI. *Iunium*, Tomo VII. *Julium*, 1745. Tomo VIII. *Augustum*, & Tomum IX. *Septembrem* complectente, 1747. (vid. *Journal des Savans*, 1747. *Maio.* p. 130.) Ita etiam Apologiam scripsit adversus *Phil. Mazochium.* (*Lettera Apologetica in difesa del P. Lodov. Sabbatini contro la Scrittura*,

*tura, che ha per titolo: Phil. Mazochii in causa HILARI fide constituti actorum recensio. in Pesaro, 1745. 8.)*

p. 114. ad FREYTAGIVM. lin. vltima, post Portensis, adde: cuius fuit pulcra *de Frigido in Oratione* disputatio, *Lipsiae.* 1719. 4.

p. 121. ad PIRANESIVM, | lin. 8. multum vero laudis, tabulis eius derogat *Gerard. Nic. Heerkens, Notabil.* L. II. p. 117.=119. aitque, nescio, an iure, veritatem illis deesse.

p. 121. lin. Fastorum pro Fastorum.

p. 123. ad BARTHELEMY, lin. 19. Meum quidem erat, non alios, nisi mortuos, laudare, vti etiam, cum haec scriberem, rumor ad nostras acciderat aures, virum egregie doctum rebus humanis sublatum esse. Sed postea laetus accepi, eum adhuc viuere, & valere, literisque bonis etiamnunc prodesse. Fruatur sane viuus laude, quam ei diutissime privam esse volo. Omne certe nuper tulit punctum; cum misceret vtile dulci, hoc est, cum *Anacharsidis* cuiusdam Scythae Toxaris Filii, illius *Anacharsidis*, vnius de septem sapientibus gente orti, Iter per Graeciam iucundissimo pariter atque eruditissimo fabulae involucro exponeret, simulque eius aetatis variarum Graeciae vrbium, Athenarum, Thebarum, Corinthi, Spartae, situm, dignitatem, vitam publicam privatamque, viros domi militiaeque claros, & monumenta ad fidem veterum librorum describeret: (*Voyage du Jeune Anacharsis en Grece, dans le milieu du quatrieme Siecle avant l'Ere vulgaire. à Paris,* 1788. 4. & 8. & *à Herve,* 1789. 8. sex codibus, additis nonnullis tabulis.

p. 126. post *Darthenay*; | circa 1748. | . . . *Abbas* de MABLY, Historicus, & Philologus Genevensis, hoc anno Ius publicum Europae in formam artis redegit, (*Le Droit public de l'Europe, fondé sur les Traitez par Mr. l'Abbé Mably, avec des Notes de Mr. Rousset. à Amsterdam.* 1748. 8.) duobus codicibus, quod ipsum postea auctius prodiit *Amstelaedami*, 1761. 12. tribus codicibus. Eiusdem quoque esse videntur *Observations sur les Grecs.* *Ge-*

*Geneve.* 1749. 8. mai. (*Nov. Act. Erud.* 1751. *Julio.* p. 426.=429.) tum *Observations sur les Romaines. Geneve.* 1751. 12. (*Nov. Act. Erud.* 1756. *Decembri*, p. 688.=690.) *Entretiens de Phocion avec des Remarques de Mr. Mably, La Haye*, 1764. 12. *Observations sur l'histoire de la Grece. à Geneve.* 1766. 12. *De La Legislation. Amsterdam*, 1777. 12.

pag. 127. post *de la Mettrie*, | 1748. | *Robertus Josephus* POTHIERIVS, Aurelianensis, ICtus, & Antecessor in Academia Aurelianensi, hoc anno *Pandectas Iustinianeas in novum ordinem* digessit, *Tomis tribus*, *Parisiis.* 1748. 1749. fol. (Cf. supra *Onomast.* Part. II. p. 30.) Nat. 1699.= ☉ 1772.

v. *Eloge Historique de Mr. Pothier, Conseiller au Presidial d'Orleans, & Professeur de Droit François en l'Vniversité de la meme Ville par Msr.* Le Trosne, *Avocat du Roi au Presidial d'Orleans precedé d'un Discours Latin, prononcé à la rentrée de l'université d'Orleans, le 20. Nov. 1772. par M. . . . . Professeur en Droit de la meme Vniversité. à Paris.* 1773. 8. — *Nouveau Dictionaire Historique*, Tom. V. p. 509. voc. (Robert Ioseph) *Pothier.*

p. 128. ad HEILMANNVM. lin. 18. Ita, disceptatore *Sigism. Jacobo Baumgartenio*, Dissertationem, *Consecrationem Sanctorum apud Pontificios usitatam, ad* Ἀποθεώσεις *veterum Romanorum effictam*, ostendentem, defendit *Halae*, 1754. 4.

p. 133. ad *Vinc.* GAVDIVM. lin. 4. post *Scelta* adde: *per la Lingua e Letteratura Italiana*, *lin.* 12. quam ipse indicauit in Praefatione ad *Dissertationem Horatianam*, p. 7. (2) *lin.* 21. alios quoque libros a se editos laudat veluti, *Nouveaux Elémens de la Grammaire Italienne*, in Praefatione ad Dissertationem *Horatii*, p. 7. (2) & *Dissertationem de Graecorum & Latinorum praestantia eiusque caussis.* in ipsa Differt. p. 331. Hanc autem Dissertationem Horatianam, quae mirifice scripta est, cum legerem, statim animadverti hominem inconstantem, querulum, iracundum, vindictae cupidum, & maledicum fuisse, obstupuique, eum in doctores Academiae Gottin-

gensis tam inhumaniter potuisse debacchari, tanquam *Io. Matthiam Gesnerum*, quem mox *plumbeum*, p. 224. 315. 317. mox *corniculam Aesopi*, p. 276. mox *infelicissimum Expositorem*, p. 283. vocat, mox *confusum* ei *cerebrum* tribuit, p. 283. (2.) & deesse ei *sensum communem*, ipse fortassis sensus communis expers, ait, p. 227. eodem modo *Christi. Guil. Franc. Walchium*, *os durum* nominat, p. 246. & *Georg. Christi. Hambergerum* indignis modis tractat, p. 200. 201. 316.— lin. 24. Legi etiam de hoc Gaudio possit auctor libri, cui titulus, *Grondwettige Herstelling van Nederlandsch Staatswezen*, Part. I. c. XII. §. VII. p. 203. & Cursor Rheni inferioris, (*Le Courier du Bas Rhin.*) 1785. No. XLII. p. 342.

p. 138. post *Hasselquist* | 1749. | *Carolus Gerhardus Wilhelmus* LODTMANNVS, Osnabrugensis, ICtus, Historicus, & Philophus Academiae Helmstadiensis, quem auctorem habent *Positiones ex iure Marcali in Episcopatu Osnabrugensi. Harderovici.* 1749. 4. *Prolusio Academica de Origine Judiciorum Vemicorum*, 1750. 4. *Monumenta Osnabrugensia ex Historia Romana, Francica, Saxonica eruta*, & notis *illustrata. Helmstadii*, 1753. 4.

Nat. 1720.— ☉ 1755.

v. *Neue Gelehrte Europa*, Part. VII. p. 637.=672.

p. 138. Qui *Christianus Ludovicus* SCHEIDIVS, huic demum anno 1749. par μνημονικὸν ἁμάρτημα alligatus est, supra iam locum invenit *Onom.* VI. p. 457. Vel sic tamen altera narratio superiori, meo quidem iudicio, non prorsus obest.

p. 144. ad CLEMENTEM, | Cf. *Le Catalogue Raisonné de la Collection de Livres de Mr. Pierre Antoine Crevenna*, *Amsterdam* 1776. 4. Vol V. p. 290.

p. 149. ad ARKENHOLTZ*ium*, lin. 5. quibusdam. p. 166. lin. 11. minime. p. 168. in margine 1752. pro 1759.

p. 152. ad LESSINGIUM. lin. 7. Memoratu quoque dignae sunt Literae amoebeae Reiskii, Mendelii F. & Lessingii, *Gelehrte Briefwechsel zwischen D. J. J. Reiske, Moses Mendelssohn, und G. E. Lessing. Berlin* 1789. 8.

p. 169.

p. 169. ad IHRE, lin. vlt. & *Klotzii Acta Litteraria*, Vol. VI. Part. II. p. 185. = 202.

p. 174. ad PIERSONVM. lin. 19. vbi tamen iniuriam ipsi factam esse queritur *P. Burmannus* in *Anti-Klotzio*, p. 13. & 33. cultissimaque *Moeridis Atticistae Lexici Attici* editione, *Lugd. Batavor.* 1759. 8.

p. 201. ad WINCKELMANNVM, lin. 22. insere: quae diligens videtur esse relatio. & p. 202. lin. 28. — *Nouveau Dictionaire Historique.* Tom. VI. p. 790.

p. 226. ad . . . . BARBAVLT. suspicor nunc, ei praenomen esse Johannis. Eiusdem etiam sunt: *Les plus beaux Edifices de Rome moderne, les Eglises, Places, Palais & Fontaines par J. Barbault, Peintre, à Rome* 1763. fol.

ad pag. 231. post *Chandlerum*, | circa 1763. | *Johannes* FOSTERus, Collegii Regii Cantabrigiensis Socius, Philologus Graecus, cuius quidem iam antea *Onomast.* Part. II. p 523. occasione *Musuri* memineram: sed nunc ipse titulus libri eius memoria recolendus esse videbatur: *An Essay on the different Nature of Accent and Quantity in de English, Latin, en Greek Languages. containing . . . the Poëm of M. Musurus, addressed to Leo X. with a Latin version and Notes. The Second Edition corrected and much enlarged. containing some Additions from the Papers of Dr. Taylor and Mr. Markland, with a Reply to Dr. G's.* (*i. e. Gallys,*) *Second Dissertation in Answer to the Essay Eton.* 1763. 8. *mai.* Is vero *Gally* videtur esse *Henricus Gally*, Canonicus Norvicensis & Glocestriensis, Angliae Regi a Sacris, & Philologus Londinensis, ad quem iam A. 1754. scripta Epistola *Timaeum* suum misit Cl. *Dav. Ruhnkenius*, ipsiusque amorem erga literas laudibus prosecutus est.

# INDEX ELEMENTARIVS, et COMMVNIS OMNIVM SEPTEMPLICIS PARTIS SCRIPTORVM.

Numeri *Capitales*, PARTES,
—— *Vulgares* contra *Foliorum* paginas,
Compendia Scripturae:
*Praef.* *Praefationem* Partis I.
*Anal.* *Analecta* ſingularum Partium,
&
*Append.* *Appendiculas* diverſarum Partium denotant.

Stellula, numero ſubinde vulgari appoſita, non veram *Partis* V. paginam, ſed eiuſdem numeri otioſe repetitam indicat.

# INDEX COMMUNIS.

## A.

*Mon-*

Jo-

*Alexan-*

Pp Se-

Vic-

*Au-*

## B.



Fran-

Sa-

Ni-

Jo-

Chri-

C

## C.

Ju-

Edu-

Pe-

Le-

Ber-

## D.

Nh

Gul-

## E.



Pe-

# F.

Tho-

Lu-

Jo:

## G.

Ig.

Jo.

## H.

Lu-

Lami

# I.

Io

Io-

 Io-

## K.



Ge-

## L.



*Lam-*

Jo-

Chri-

Jo-

Chri-

# M.

Mar-

Jo-

*Mar-*

Ed-

Pom-

Ste-

Da-

# N.



R.

P.

## O.


*Oly-*

Va-

Mar-

Pau-

Pseu-

# Q.



M.

## R.

Sa-

Fran-

## S.



Ja-

Jo-

Fran-

Jo-

Cas-

Snor-

Edu-

Fran-

Fran-

# T.

The-

Jo-

Q.

# V.

Lu-

Fran-

Jo-

## W.



Jo-

Jo-

Chri-

## X.



## Y.



## Z.



Ja-

## *Corrigenda.*

p. 280. lin. 29. codicibus pro codibus
p. 282. liu. 25. per pro par
IND. p. 292. lin. vlt. *Alvarus* Pelagius pro *Alvarez*
p. 321. Johannes *Climacus* pro *Cimacus*
p. 384. colum. 2. lin. 1. ad Petrus Tombi *Mecchi*, excidit numerus VI. 564.
p. 396. ad nomen Henr. Theod. *Pagenstecher*, addantur: & *Anal.* 269.
p. 444. colum. 2. *Widmanstadius* pro *Witmanstadius*.

Si quae alia subinde occurrerint menda, vel ab operis, vel a correctore commissa, ea velim pro humanitate sua Lector aequi bonique consulat, & emendet.